❡ Nūc determinat de ſimplici intellectione eius quod eſt indiuiſibile ſm foꝛmam quāuis non eſſet indiuiſibi/le ſiue vnum ſm quātitatem intelligitur in tempoꝛe in/diuiſibili ⁊ intellectiōe indiuiſibili ipſius anime.hec pa/tet ſicut pꝛecedēs:cum enim ſit aliquod vnum per foꝛ/mam vnam ſicut homo vel domus vel aliquod hꝫ me/rito illius foꝛme poterit abſtrahi vnus ꝯceptus in intel lectu poſſibili:⁊ ꝯñter vna fieri intellectio:quare ⁊c̄.de/inde cum dicit.ſm accidēs autem:hec verba duplicem patiunť expoſitionē.cōmētatoꝛ enim cōmēto.24.dicit ꝙ littera ē trāſpoſita:⁊ ꝯñr debet ſic exponi ꝙ illa duo .ſ.foꝛma ⁊ tēpus in foꝛma illa intelligiť ſunt indiuiſibi/lia non per ſe:ſed per accidens.dicit enim ꝙ inſtās eſt p ſe indiuiſibile:reꝑitur tamen in re diuiſibili.ſ.in tēpoꝛe. foꝛma etiam per ſe eſt indiuiſibilis.reꝑitur tamen in re quāta que eſt diuiſibilis.intellectus autem vnica intel/lectione apprehendēs:illud quod eſt vnum ſm foꝛmaꝫ non apprehēdit p̄dicta duo ſm ꝙ diuiſibilia:ſed potius ſm ꝙ indiuiſibilia. ❡ Aliter exponiť cōmuniter ꝙ rei habentis foꝛmam vnam:ſicut caro vel homo ꝑtes ſunt diuiſibiles:verūtamen intellectus vnica intellectione totuꝫ intelligens de per accidens intelligit partes illas pꝛo quanto ſunt diuiſe.per ſe vo intelligit ſm ꝙ totum eſt vnum ex partibus ill's integratum.pꝛima expoſitio mihi apparet magis conſona littere.

❡ Ineſt aūt vtiq̄ꝫ his aliqd idiuiſibile:ſed foꝛ/te idiuiſibile:quod fač tēpus vnum: ⁊ longi/tudinem: ⁊ hoc ſilr eſt i omni continuo: ⁊ tē/poꝛe: ⁊ longitudine.

❡ Cōmentatoꝛ ſic exponit ꝙ in his rebus.ſ.magnitudi/ne tēpoꝛe:⁊ rebus materialib⁹ ieſt aliquod indiuiſibile. inſeparabile tamē ab eis:ſicut pūct⁹ ieſt ꝯtinuo. inſtans tpi: ⁊ foꝛma ꝯpoſito māli. nō.n.magnitudo pōt eſſe ſine pūcto:neq̄ꝫ tēpus ſine iſtāti:neq̄ꝫ cōpoſitum ſine foꝛma. hoc aūt idiuiſibile ieſt ſimiliter omnibus iſtis:quia ieſt eis iſeparabilr: vt dictum fuit:merito aūt huius idiuiſi/bilis cōtingit vt res ſit vna ⁊ intelligať tanq̄ꝫ vna:⁊ ſi nō eſſet eis taq̄ꝫ ſeparabile.res p̄dicte non eſſent vne:neq̄ꝫ intelligerenť tanq̄ꝫ vnū:qm̄ tali indiuiſibili omnino ſe/parato non remanet res vna:vt patet.hec videť expoſi/tio ꝯmentatoꝛis. ❡ Aliter exponit Albertus alaman⁹. dicit.n.ꝙ in his omnib⁹ rebus.ſ.magnitudie tēpoꝛe iſe/parabiliter ineſt aliquod vnum per ſe indiuiſibile quā/uis per accñs diuiſibile.ſ.foꝛma ⁊ ſpēs ſiue vniuerſale. rōne cuius hec oīa dicunť vna ⁊ indiuiſibilia ⁊ vnica in/tellectione intelliguntť:hec etiam expoſitio verbis com mentatoꝛis adaptari poſſꝫ.cōmuniter tamē exponētes aliqualiter varianť a verbis cōmentatoꝛis:ſed queuis illarum mihi videť littere magis cōſona. ❡ Notādum ꝙ lꝫ vnum ſm quantitatem ⁊ vnum ſm foꝛmam dicā/tur eſſe vna ratione alicuius indiuiſibilis. hoc tamen eſt aliter:⁊ aliter.nam indiuiſibile quo magnitudo vel



Universidad de Salamanca. BGH

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tp̄s ðr̄ vnū eſt īdiuiſibile ſimpl'r.ſ.iſtās vl' pūctꝰ:īdiuiſibile v̄o quo cōpoſitū māl'r ðr̄ vnū eſt eiꝰ forma:q̄ lȝ non ſit p ſe diuiſibil':ꝯtingit tñ vt p accñs diuidi poſſit ſʒ materie diuiſionē:vt pȝ de forma lapidis aſini vl' plāte. Jtē īdiuiſibile ꝯtiᵐ ſimpl'r eſt in oī ꝯtinuo.qꝛ.ſ.q̄lȝ ps magnitudinis eſt magnitudo:⁊ q̄lȝ ps tp̄is eſt tp̄s. Jndiuiſibile v̄o qð eſt ſp̄s:aut forma nō ſimpl'r īeſt oībꝰ hñtibꝰ hō indiuiſibile:eo ꝙ nō q̄lȝ ps hoīs eſt hō:nec q̄lȝ ps aſini eſt aſinus lȝ illa dicunt̄ vnum ſm formam.

Cõ.25. ¶ Punctū autem ⁊ oīs diuiſio:⁊ ſic indiuiſibile mōſtrat̄ ſicut priuatio:⁊ ſilis ratio ī alijs eſt:vt quomodo malū cognoſcit:aut nigruȝ. cōtrario eniȝ aliquo modo cognoſcit. Oportet autē potentia eſſe cognoſcēs:⁊ eſſe in ip̄o. ſi v̄o alicui nō īeſt ꝯtrariuȝ:ip̄m cognoſcit ſeipſum:et actu eſt et ſeparabile.

¶ Determiat de itellectōe eiꝰ qð ſimpl'r eſt īdiuiſibile ſic̄ eſt pūctꝰ vnitas aut iſtās:⁊ itēdit ꝯnē iſtā:pūctꝰ ⁊ oē alið īdiuiſibile ſimpl'r ſic̄ pūctꝰ itel' p ꝑuationē ſui diuiſibilis. cui opponit̄. ꝯ nō ꝓbat̄ in textu:ſȝ ſubdit ꝙ ſimil'r dðm eſt de alijs que opponunt̄ ſic̄ ꝑuatio ⁊ hītus.nigrū.n.ab ītellectu cognoſcit̄ p cognitionē ꝑuatōis albi.⁊ maluȝ p ꝑuatōis cognitionē boni.deīde ſubdit ꝙ ītellectꝰ debēs vnū ꝯriū p alteꝝ cognoſcere oȝ eē intellectꝰ in poᵃ ita vt aliqñ in ſe hēat ſp̄ēȝ vnius ꝯrij p quā alteꝝ cognoſcit:aliqñ nō.oȝ etiā ſp̄ēȝ illā hr̄e in ſe actu cū actu ꝯriū alteruȝ cognoſcit.al'r aūt ſi aliqs eēt itellectꝰ qui non p cognitionē vniꝰ ꝯrij alteꝝ cognoſceret:ille ꝑ ſeip̄ȝ cognoſceret:⁊ ſemp eēt in actu ⁊ a mā penitꝰ ſm eē ſepatꝰ:⁊ addit cōmētatoꝛ ꝙ nihil itelligeret ex̄ ſe. Alij addūt ꝙ itelligendo ſe ꝑ ꝯñr alia itelligeret. ¶ Notādū ꝑ ꝙ p hūc terminū diuiſio Ari.itelligit oē diuiſibile qð eſt ptiū alicuiꝰ totius diuiſiuū. ¶ Notādū 2º ꝙ ad ꝯnē talis rō pōt addu ci:qꝛ nqᵃ nr̄a itellectiua depēdet a ſenſitiua:⁊ p ꝯñs alijs pibus que ſunt ꝑus apta a ſenſu ꝯphēdi ſunt ēt apta cōprehēdi ꝑus ab itellectu:ſȝ magnitudies ⁊ alia hō diuiſibilia ꝑus comp̄hendunt̄ a ſenſu:igit̄ ꝑus app̄hēdunt̄ ab ītellectu:⁊ ꝯñr p itellectū eoꝝ deueniet itellectꝰ ī cognitionē īdiuiſibiliū:cognoſcēdo.n.ꝙ aliqd eſt diuiſibile ſicut magnitudo ⁊ aliqd eſt qð caret tali diuiſione:qð tñ ē ꝯtinuatiuū ptiū diuiſibiliū tūc app̄hēdit ꝯñr pūcto:⁊ ſic ꝯñr de alijs dicat̄. ¶ Notādū 3º ſm cōmētatoꝛē cōmēto.25.ꝙ pūctꝰ ⁊ alia hō īdiuiſibilia ⁊ vl'r oīs ðr̄ia ꝑuatiua ītelligit̄ per accñs ſm ꝙ accidit eis carere re ꝑuata.ſi tñ dicere volumꝰ pūctū p ſe ꝯphendi ab itellectu eo ꝙ ſub ente ꝯtinet̄ dicemꝰ ꝙ per accñs hȝ accipi ꝓut opponit̄ ei qð eſt p ſe. ¶ Notādū 4º ſm ip̄m codē cōmēto ꝙ ſicut viſus comp̄hēdit obſcuritatē p comp̄hēſionē defectꝰ lucis ita itellectꝰ app̄hēdit ꝑuationē p ꝯphēſionē defectus forme. ¶ Notādū vlteriꝰ ſm ip̄m ꝙ oȝ vt ītellectꝰ app̄hendēs hītū ⁊ ꝑuationē ſit cadē v̄tꝰ in ſe:queadmodum cognoſcēs obſcuritatē ⁊ lucē eſt eadē v̄tus.ſ.viſus:⁊ ſubdit ꝙ ꝯphēdit ꝑuationē ꝯphēdēdo ſe eē ī poᵃ ⁊ cū fuerit v̄tꝰ in poᵃ ꝯphēdit vtrūqȝ.ſ.ſe aliqñ eē ī actu:⁊ ſe aliqñ eē in potētia.hec oīa nota ſunt. ¶ Notādū vlteriꝰ ꝙ rō vltimi dicti Ari.eſt illa qꝛ itellectꝰ p vnū ꝯriū ſiue ꝑuatiue oppoſitū alteꝝ itelligēs hoc facere non pōt niſi ex notitia vniꝰ diſcurrēdo in alteriꝰ notitiā:⁊ p ꝯñs:cuȝ nec̄ario vnū mediāte altero cognoſcat eſt ex natura ſua diſcurſiuus:ſi igit̄ aliqs repiat̄ itellectꝰ qui alteꝝ.ſ.ꝑuatiuum mediāte ꝯrio ſuo ſiue ſuo poſitiuo nō app̄hēdit:hoc erit qꝛ itelligit nō diſcurrēdo:⁊ hoc nō pōt eſſe niſi itellectꝰ ſubaꝝ ſepataꝝ qui ꝑ ſe intelligit cū ſemp intelligat ⁊ ſit ſimpl'r a materia ſepatus ⁊ ꝑſertim diuinus. ¶ Quidaȝ hic dubitāt circa exēpla ph̄i qual'r nigrū ⁊ albū ꝑuatiuē opponant̄ cū ſint ꝯria poſitiua:⁊ ꝯñr diſtiguūt de priuatione ſtricte ⁊ large ſumpta:ſȝ mihi vr̄ breuiter dicēduȝ eſſe ꝙ Ari.locutꝰ eſt via exēpli.vel ꝙ per albū ⁊ nigrum intellexit lucidū ⁊ tenebroſum:malū etiam in eo ꝙ malum priuatiue opponit̄ bono:lȝ aliquam rem poſitiuam contingat eſſe malam.

¶ Eſt aūt oīs qdem dictio:in qua aliqd de aliquo ðr̄:ſicut affirmatio vera ē:aut falſa oīs. itellectꝰ aūt nō oīs:ſed qui eſt ipſius qd eſt:in hoc ꝙ aliqd erat eſſe:verus eſt:et nō aliqd de aliquo:ſȝ ſicut videre ꝓprij verū eſt:ſi aūt hō albus:aut niger:nō eſt veꝝ ſemp:ſic aūt ſe habent queciqȝ ſine materia ſunt. Cõ.26.

¶ Determinat de ſecūda opatione intellectꝰ que cōpoſitio vel diᵉnoiat̄ ponēdo ðr̄iam iter ipſam ⁊ ꝑmā opationem:⁊ intēdit aliquas concluſiones.ꝑma eſt iſta.oīs dictio ſiue cōpoſitio qua itellectꝰ aliqd de aliquo affirmat eſt vera vel falſa:pȝ cōcluſio de ſe:debet aūt intelligi vt tangit̄ in qōne de cōpoſitione pfecta:eadē etiaȝ ꝯcluſio poni poſſet de cōpoſitione qua intellectus aliquid ab altero remouet mediāte negatione. ¶ Scða cōcluſio.nō quelibet ſimplex intellectio eſt vera vel falſa ad illum intellectū vt exponit cōmētatoꝛ ꝙ in ſimplici itellectione nō repiri poſſit veritas ⁊ falſitas cōmixte:ſicut in intellectione cōplexa.i.non ſimplici itellectione tam veritas q̄ȝ falſitas idifferēter repiri poſſunt:cōcluſio ſic intellecta ꝓbat̄ ſic. Jntellectio ſimplex per quam qditas rei app̄hēdit̄ ſemp eſt vera reſpectu illius qditatis quāuis non ſemp illa que aliqd de aliquo dicit.igit̄ ⁊c̄.tenet ꝯñia.⁊ aᵐ pȝ a ſimili.viſus enim ſemp eſt verus reſpectu ſenſibilis ꝓprij.ſ.reſpectu coloris q̄ȝuis reſpectu alteriꝰ non ſemp ſit verus:verbi gratia:in app̄hēdēdo ꝙ homo eſt albus vel aliqd tale:quare ſil' de intellectione ſimplici dicēdū videt̄. ¶ Tertia cōcluſio:qcūqȝ intellectus a materia ſimpl'r ſepati ſic ſe hñt:qꝛ ſemper ſunt veri:hoc pȝ cum in eis non poſſit accidere erroꝛ. ¶ Notāda ſunt v̄ba cōmētatoꝛis.dicit.n.cōmēto.26.ꝙ in itellectu māli ſemp inueniunt̄ veritas ⁊ falſitas admixte:⁊ hoc eſt ꝓpoſitum huic intellectui.

**Sed poſſet aliquis** circa iſta merito dubitare.ꝑmo qꝛ v̄itas nō pōt admiſceri falſitati cū ſint ꝑuatiue oppoſita. ¶ 2º nō vr̄ hoc eē ſemp:nā pōt accidere ꝙ itellectꝰ ſolū verū intelligat nihil itelligēdo falſi:aut ecōtra.q̄re ⁊c̄. ¶ 3º non vr̄ iſtud eē ꝓpriū itellectui.qꝛ ēt ſenſui accidere pōt ⁊ ꝑſertim iteriori vt pȝ. ¶ Ad ꝑmū pȝ in expōne lr̄e. ¶ Ad 2ᵐ ðr̄ ꝙ itellectꝰ cōmētatoꝛis eſt ꝙ itellectꝰ mālis ſemp de ſe eſt aptꝰ intelligere falſum ⁊ intelligere veꝝ. ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ hoc eſt ꝓpriū intellectui humano ipſum comparando alijs intelligibilibꝰ cum intellectꝰ ſeparati non intelligāt falſum:vel dicat̄ ꝙ eſt ꝓpriū conueniēs omni ſed non ſoli. ¶ Secūdo notādū ſm cōmētatoꝛē eodem cōmēto ꝙ fides non accidit intellectui humano:niſi qꝛ intellectuȝ eius eſt māle.i.cōpoſitū:⁊ intelligo ſic:fides .i.cōpoſitio non accidit intellectui humano ex alia cauſa:niſi qꝛ ſuum intellectum.ſ.ſp̄ēs que in intellectu recipit̄ eſt materiale.eſt enim ex materia ⁊ rebꝰ ſenſibilibꝰ ſumptum.ꝓpter hoc intellectus ſeparati nō cōponūt cū huiuſmodi ſpeciē in ſe non recipiant.

¶ Jdē aūt eſt ſm actū ſcia rei:que v̄o ſm potentiā:tp̄e prioꝛ eſt ī vno.oīo aūt:neqȝ tēpoꝛe fiunt enim ex actu ente oīa que fiunt. Cõ.27.



¶ Jn hac pte repetit quaſdaȝ ꝯnes ſupius poſitas in caº de itellectu agēte.ꝑma ꝯcluſio.ſcia ſiue itellectio ī actu idē eſt cū re ſcita.ſcða ꝯcl'o.in vnoquoqȝ idiuiduo itellectio ſiue ſcia in potētia eſt ꝑoꝛ tp̄e q̄ȝ itellectio in actu reſpectu eiuſdē.tertia ꝯcl'o:abſolute loq̄ndo intellectio in potētia nō eſt tp̄e ꝑoꝛ q̄ȝ itellectio in actu:pȝ.cū oīs itellectio in potētia ad actū reducat̄ per aliā intellectionē exiſtentē in actu:ſicut ſi ſoꝛ.doceat pl'onē.⁊ vl'r oīa q̄ de potentia ad actū reducunt̄:reducunt̄ ab aliq̄ ꝑus exñte in actu.q̄re ⁊c̄. Ueritas ⁊ itellectꝰ iſtaꝝ ꝯnuȝ ſupius patuit in capl'o de intellectu agēte:⁊ cōmētatoꝛ qui ibi diuerſā poſuit expōnē in hac pte ſequit̄ expōnem:que tūc poſita fuit:dicit tamen hic cōmentatoꝛ ꝙ abſolute ſcia in actu oībꝰ modis eſt ꝑoꝛ q̄ȝ ſcia in potentia:qð tñ eſt valde dubium:qꝛ lȝ natura ⁊ pfectōe ꝑoꝛ exiſtat:nō tñ vr̄ ꝙ abſolute ſit tp̄e ꝑoꝛ.ſicut.n.ante oēm itellectionē in potentia precedit intellectio in actu:ita ante omnem in actu ꝑcedit aliqua in potentia:quare ⁊c̄.

Cõ.28. V Jdet̄ aūt ſenſibile ex potētia exiſtēte ſenſitiuo actu agēs:nō eniȝ patit̄:neqȝ alterat̄:vñ alia hec ſp̄ēs motꝰ:motus eni impfecti actꝰ:ſimpl'r aūt actꝰ alter eſt qui perfecti.

¶ Jſtud eſt 3ᵐ caᵐ in quo ph̄s de itellectu determiat per cōpationē ad ſenſum:⁊ diuidit̄ in duas ptes.ꝑ declarat qual'r fit motꝰ ipſiꝰ.ſcðo cōpat motū itellectꝰ motui ſenſus ibi.(Sentire qdē igr̄)dicit igr̄ ꝑ ꝙ ſenſibile reducit ſenſum de potētia ad actū:nō tñ ſicvt ſenſus ꝓꝑe patiat̄ aut alteret̄ ab eo.iſte.n.motꝰ ē alteriꝰ rōnis a motu ꝓꝑe ſumpto:qꝛ motꝰ ꝓprie ſumptꝰ eſt actꝰ impfecti.motꝰ v̄o quo ſenſus mouet̄ eſt actꝰ pfecti:q̄re vnū ab alio ſimpl'r differt. ¶ Notāduȝ ꝑ ꝙ illa ðr̄ia quā hic ph̄s ponit.vȝ. motꝰ ꝓprie ſumptꝰ eſt actꝰ impfecti:motus v̄o ſenſus eſt actꝰ pfecti:ml'tipl'r pōt declarari.ꝑmo mō itelligēdo de ſenſatione.nam motꝰ ꝓprie ſumptꝰ eſt actꝰ alicuius ſubiectiexñtis in potētia ad aliquē terminū per illū motū acqrēdum:tale v̄o ſubȝ ꝯſideratū vt eſt in potētia ad terminū illū dici oȝ impfectū:q̄re motꝰ ꝓprie ſumptꝰ eſt actꝰ impfecti.ſenſatio v̄o nō eſt motꝰ per quē alia forma acqratur ad quā ſenſus ſit in potētia.vt pȝ:q̄re ſenſatio erit motꝰ pfecti:nō āt impfecti.huic expōni vr̄ adherere cōmētatoꝛ cōmento.28. ¶ Scðo v̄o pōt ſic exponi:qꝛ per quēlȝ motū ꝓprie ſumptū non ſolū aliq̄ forma iducit̄:ſȝ etiaȝ aliqua corrūpit̄.ſubm aūt in quo corrūpit̄ forma aliqua vt ſic:impfectū dici pōt.q̄re motꝰ ꝓprie ſumptꝰ erit actꝰ impfecti:cū aūt ſenſibile agit in ſenſum ſola recipit̄ forma ſiue ſp̄ēs in ſenſu ſine ꝯrij abiectōe:⁊ p ꝯñs trāſmutatio illa vt ſic erit motꝰ pfecti ⁊ nō impfecti:huic expōni adheret Albtꝰ alamanus. ¶ Tertio qdā expoſuerūt qꝛ motꝰ ꝓprie ſumptꝰ eſt ſucceſſiuus cuiꝰ ꝯtinue aliq̄ ps eſt corrupta ⁊ aliq̄ ꝓducēda:⁊ p ꝯñs eſt motꝰ impfectus ſiue impfecti.actio v̄o quā ſenſibile in ſenſum ꝓducit:⁊ ꝑſerti ſenſatio fit ſubito in ſenſu:⁊ nō p ptē añ ptē.vl' ſaltem hoc fieri nō repugnat:qꝛ ille actꝰ erit pfecti ⁊ nō impfecti.hāc etiā expōnē tetigit cōmētatoꝛ cōmēto prius allegato. ¶ Quarto alij al'r expoſuerūt dicētes ꝙ ſenſatio nō ſolū receptionē dicit:ſȝ ēt aīe iudiciū.iudicare v̄o eſt agere qðdā:⁊ qꝛ actio ptinet ad agēs qð reſpectu paſſi pfectū appellat̄.ideo ſentire erit actꝰ pfecti.q̄re ⁊c̄.primas duas expōnes puto meliores ⁊ magis ad mētē Ari. ¶ Notādū ſcðo ꝙ accipiēdo motū vt eſt qd cōe ad motum ꝓprie ⁊ ad motū iꝓꝓe ſumptū eēntiale eſt ſibi eē in actu:ſed eſſe in actu impfecto ieſt ſibi per accñs:illud aūt qð ineſt alicui p accñs aliqñ ab eo ſepari pōt:q̄re reperiri poterit motꝰ qui nō eſt actꝰ impfecti ſicut motꝰ factus in ſenſu.colligit̄ hec ſnīa a cōmētatoꝛe cōmēto.28. Jtē ibi dicit cōmētatoꝛ ꝙ mā non eſt cā receptiōis ſimpliciter.i.vl'r.ſed eſt cā receptionis tranſmutabilis ſiue idiuidualis.⁊ ſubdit.vñ neceſſe eſt vt qð nō recipit receptionem īdiuiſibilē non ſit māle aliquo modo.

¶ Sentire quidem igitur ſimile eſt ipſi dicere ſolum ⁊ intelligere. Cum aūt delectabile:aut triſte:aut affirmās:aut negās:ꝓſequitur:aut fugit. ¶ Et eſt delectari:⁊ triſtari:agere ſenſitiua medietate ad bonū:aut malū:inq̄ȝtū talia:⁊ fuga:aut ⁊ appetitus.hec que ſm actuȝ ⁊ non alteꝝ appetitiuū ⁊ fugitiuū:neqȝ abinuicē:neqȝ a ſenſitiuo:ſed eſſe alterum eſt. Cõ.29.

¶ Jn hac pte cōparādo itellectū ad ſenſuȝ multas ꝑmittit ꝯnes ſine ipaꝝ ꝓbatōe.ſcðo cōparat itellectuȝ ſenſui ibi.(Jntellectiue aūt aīe). Priª ꝯ.eſt iſta.ſentire eſt ſil'e opationis intellectus que vocat̄ dicere ſiue intelligere patet ex ꝑcedētibus. Scða ꝯcluſio:cū ſenſus aliqð obm ſub rōne delectabilis:aut cōtriſtabilis comp̄hēdit affirmando vel negādo:tūc ꝯñr inclinat̄ aīal hñs illum ſenſum ad ꝓſecutionē vel fugā illius obiecti. Tertia ꝯcluſio:delectatio ⁊ triſtitia ſenſitiua eſt actio ſenſitiue v̄tutis que dicit̄ medietas ſiue mediū alioꝝ ſēſuū.vȝ.ſēſus cōmunis ⁊ ꝑſertim cuȝ obm comp̄hēdit̄ ab eo ſub rōne boni vel mali. Quarta cōcluſio:fuga ⁊ appetitꝰ.i.iclinatio ad ꝓſecutionē delectationē ⁊ triſtitiā ſʒ actū ꝯſequūtur. Quinta ꝯ.v̄tus inclinās ad ꝓſecutionem:⁊ virtꝰ ad fugam inclinās non abinuicē differūt:neqȝ ambe differunt a virtute ſenſitiua:lȝ rōne diſtinguant̄. ¶ Notādū ꝑmo circa ꝯcluſionē ꝑmam ꝙ ſm aliquos ly intelligere accipit̄ pro ſola itellectꝰ app̄hēſione:ſed ly dicere pro iudicio intellectus.aliter exponi pōt conformiter ad ꝑcedentia vt per intelligere ſimplicē intelligamus intellectus comp̄henſionē.per dicere v̄o opationē complexaȝ quaſi ph̄s intēderet ꝙ ſiue itellectus ſimpliciter apprehendat ſiue complexe:duȝ tñ ad app̄henſionē nō aliud ſequat̄ q̄ȝ ſentire eſt ſimile intellectiue apprehēſioni cuius veritas patet ex precedēti parte. Cōmētatoꝛ v̄o allegato cōmēto exponit ꝙ ſentire eſt ſimile intelligere ⁊ dicere ꝙ eſt verbis pronūciare. Sed Albertus exponit ꝙ intelligere ⁊ ſentire ſimilia ſunt ipſi dicere verbis. Alij etiam reperiunt̄ modi exponēdi:de quibus nō eſt cura. primos duos modos puto meliores ⁊ magis ad mētem Ariſt.ſalua tamē reuerētia tantoꝝ viroꝝum. ¶ Notandum ſecūdo circa concluſionē ſecūdam de mēte Commentatoꝛis cōmēto.29.ꝙ motꝰ appetitus ſenſitiui circa bonum aut malum eſt ſm ꝙ bonum ⁊ malum ſunt delectabile ⁊ triſtabile:⁊ non ſm ꝙ bonum eſt bonū:⁊ malum eſt malū ſicut eſt diſpoſitio querere:aut fugere intellectus:hec Cōmentatoꝛ:intellectus enim apprehendit bonum ſub ratione boni ſimpliciter ⁊ ſimil'r malum qð ſenſus facere non pōt. Et ſi dicat̄ ꝙ Ariſto.videt̄ oppoſitum dicere in textu.nam dicit ꝙ ſenſitiua medietate comp̄hendit̄ bonum:aut malū:inquātum talia ſunt. Rñderet Cōmētatoꝛ ꝙ Ariſto.intellexit inquātū talia ſunt.i.inquātū ꝯueniens vel diſcōueniēs. ¶ Notādum tertio circa tertiā ꝯcluſionē ꝙ illa pticula:ſenſitiua medietate.cōmuniter exponit̄ de ſenſu cōmuni.ðr̄ aūt ſenſus cōīs ſenſitiua medietas:nā eſt ſicut cētruȝ ⁊ mediū ad qð oēs actiones ſenſuuȝ exterioꝝ terminantur:ſicut linee a centro circuli egredientes in eodem medio vniuntur.per ſenſum autē cōmunē hic intelligere debemꝰ virtutē cōmunē ſenſitiuam interius app̄hēſiuam:ſicut diſtincte locutus eſt Ariſtotiles circa finem ſecundi.



Universidad de Salamanca. BGH
UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Notãdũ q̄rto circa quartã ꝙ cõmẽtator cõmẽto.29. illã ꝑticulã ſic exponit ꝙ appetit⁹ ad fugã: aut ꝓſecutionẽ nõ fit niſi ſenſibili p̄ñte: ſubdit etiã q̄m eſt ꝓpriũ deſiderio ſenſibili qḋ non mouet̃ niſi cum p̄ñtia ſenſati. ecõtra võ deſiderio itellectuali. Eãdẽ ſniaꝫ ſecut⁹ eſt alb̄t⁹. Expõ tñ p̄ma ſecurior vr̃. hõ. n. famẽs aut ſitiẽs appetit nõ p̄ñte cibo vl̃ potu. equus etiã flumẽ appetit ⁊ q̄rit ſil̃r ſtabulũ in abſentia ipſius: q̄re ⁊c̃. ¶ Notãdũ vlteri⁹ circa q̄ntã õnẽ qḋ Ariſ. poſuit cõtra opinionẽ platonis. opinabat̃ enĩ plato ꝙ in alio ſubo fundaret̃ ſenſus: ⁊ i alio appetitus. Ariſt. aũt voluit ꝙ in codeꝫ ſubo fundarent̃: dicit igit̃ p̄mo ꝙ fugitiuũ ⁊ appetitiuũ. i. v̄tus ad fugam ⁊ virt⁹ ad ꝓſecutionẽ inclinãtes non ſunt altere abiuicẽ. non. n. differũt real̃r ⁊ per õñs: neq̄ ſubo: ꝙ aũt nõ differant real̃r declarat̃: p̄mo q̄ eadẽ eſt potẽtia õrioꝝ ſicut idꝫ viſus eſt albi ⁊ nigri: ⁊ tact⁹ calidi ⁊ frigidi. cum igit̃ cõueniẽs ⁊ diſcõueniẽs aliquã hẽant inter ſe õrietatem idem erit virtus appetitiua ad ꝓſecutionẽ inclinans rei cõueniẽtis ⁊ ad fugã rei diſcõueniẽtis. Itẽ eadẽ eſt grauitas qua graue appetit locũ deorſum ⁊ fugit locuꝫ ſurſum. igit̃ a ſili eadẽ eſt virt⁹ que ad fugiẽdũ ⁊ que ad ꝓſequendũ inclinat: ſm rõnẽ tñ aliud eſt appetitiuũ ⁊ aliḋ eſt fugitiuũ: ſꝫ ꝙ act⁹ per quẽ iclinat̃ ad ꝓſecutionem: ⁊ act⁹ per quẽ ad fugã inclinat̃ ſunt diuerſi: de appetitiuo aũt ⁊ ſenſitiuo. i. de appetitu ⁊ ſenſu dicẽdum eſt ꝙ ſunt potẽtie real̃r diſtincte: ſed nõ ſubo: ⁊ ſic intellexit pl̃s. i q̄cũq̄. n. pte fundat̃ ſenſus in eadẽ eſt vel eſſe põt comp̄hẽſio õueniẽtis ⁊ diſcõueniẽtis. ad hõ aũt comp̄henſionem ſequit̃ delectatio vel triſtitia: ad illas võ ſequit̃ inclinatio ad fugam vel ꝓſecutionem quare ⁊c̃.

Cõ.30. ¶ Intellectiue ãt anime fantaſmata vt ſenſibilia ſunt: cũ aut bonũ: aut maluꝫ affirmat: aut negat: ⁊ fugit aut ꝓſequit̃: ꝓpter qḋ nequaq̄ ſine fantaſmate intelligit anima.

¶ Iuxta p̄dicta Ari. cõpat itellectũ ad ſenſum. ⁊ p̄ oñdit q̄l̃r itellect⁹ ſe hꝫ ad ſẽſibilia. 2° q̄l̃r ſe hꝫ ad ſepata a ſenſib⁹ ibi. (Abſtractiõe aũt dicta). itẽ p̄ facit qḋ dictũ eſt. ſecũdo cõparat intellectũ actiuũ itellectui ſpeculatiuo ibi. (Et oĩo in actione). Itẽ p̄mo ponit ſiliᴛudineꝫ pceſſus intellectus pceſſui ſenſus. ſecũdo ſimilitudineꝫ declarat ibi. (Sicut eniꝫ aer ⁊c̃). dĩc igit̃ p̄mo ꝙ ſicut ſenſibilia ſe hñt ad ſenſum: q̄ mouẽt ipſum vt ex p̄cedentibus patet ſic fantaſmata ſe habẽt ad ſenſum: quia mouent ipſum: iteꝫ ſicut ſenſus aliq̄d affirmans: aut negãs ipm cum delectatione vel triſtitia comp̄hendit: ⁊ õñr inſurgit appetit⁹ ad ꝓſequẽdum: aut ad fugaꝫ: ſic etiam intellectus bonũ aliquod: aut malũ comp̄hendẽs ad fugam vel ꝓſecutionẽ inclinat. ex quo infert̃ ꝙ anima intellectiua ſine fantaſmate intelligere nõ põt: ⁊ addit cõmentator cõmẽto.30. ꝙ vl̃ia itellecta ſunt colligata imaginibus ⁊ corrupta per corruptionẽ eaꝝ: alia multa ſubdit eodẽ cõmẽto aliqual̃r dubia ⁊ obſcura: que ibi vide. ¶ Notandũ ꝙ lꝫ Ari. videat̃ pluries in textu dicere ꝙ ſenſus aut intellect⁹ ꝓſequit̃: aut fugit: non tñ hoc eſt ꝓprie dictum de v̄tute ſermonis: ſed intelligit̃ ꝙ appetit⁹ qui ſenſum inſeq̄tur vel intellectũ qui cõmuniter dicit̃ volũtas ad fugã vel ad ꝓſecutionẽ inclinat. ¶ Notãdũ ſecũdo ꝙ lꝫ ſenſus ⁊ itellect⁹ in p̄dictis aſſimilent̃: eſt tñ aliqualis differẽtia. p̄mo quia ex ſenſu exteriori non inſurgeret appetitus ad ꝓſecutionẽ vel fugam niſi p̄us delectatio quedã vel triſtitia cauſaret̃: intellectu auteꝫ aliq̄d app̄hẽdẽte ſub rõne boni vel mali põt appetit⁹ inſurgere ad ꝓſequẽdũ vel fugiẽdum nulla mediãte triſtitia vel delectatione. ſecũdo differũt q̄ lꝫ ſenſus ſalteꝫ interior affirmet aut neget: ſuuꝫ tñ affirmare non eſt ꝑfecte ⁊ ꝓprie ſicut affirmare ⁊ negare intellectus.

Cõ.31. ¶ Sicut enim aer pupillã huiuſmodi fec̃: ipſa aũt alterũ: ⁊ audit⁹ ſil̃r. Sed vltimũ vnum: ⁊ vna medietas: eſſe aũt ipſi plura: quo autẽ diſcernit: quo differt dulce ⁊ calidũ: dcm̃ eſt q̄dem ⁊ prius: dicẽdũ aũt ⁊ nũc. Eſt enim aliq̇d vnũ: ſic aũt ⁊ trinus. ¶ Et hoc i ꝓportiõali: aut numero ens vnũ hꝫ ſe ad vtrũq̄: ſicut illa adiniceꝫ. Quo. n. differt nõ homogenea indicare: aut cõtraria: vt album: ⁊ nigrum. Sit igit̃ ſicut. a. albuꝫ ad. b. nigrũ. g. ad. d. ſic illa adinuicẽ: q̄re q̄m ⁊ ꝑmutati. ſic̃ igit̃. g. d. vni ſunt exiſtẽtia: ſic ſe hẽbũt ſic̃. ⁊. a. b. idem q̄dẽ: eẽ aũt nõ idem: ⁊ illud ſil̃r. Eadẽ aũt rõ: ⁊ ſi. a. q̄dẽ dulce ſit: ⁊. b. vero albũ. Spẽs q̄dẽ igitur itellect⁹ in fantaſmatibus intelligit. (Cõ.32 at "Et hoc i ꝓportiõali")

¶ Declarat ſimilitudines ſupius poſitas. ⁊ primo p̄maꝫ. ſecũdo ſecũdam ibi. (Et ſicut in illis) dicit ergo p̄mo ꝙ ſicut aer a colore imutatus immutat viſum: ſic aer a ſono imutatus imutat auditum: ⁊ tamẽ motus iſti ad vnũ vltimum ⁊ cõem terminũ terminant̃. ſ. ad ſenſum communem qui eſt mediũ alioꝝ ſenſuuꝫ. ⁊ licet hoc vltimũ ſiue mediũ ſit realiter vnum: eſt tamen plura ſm eſſe ſiue ſm diffinitionẽ. ⁊ ſubdit ꝙ dictum eſt in p̄cedẽtib⁹. vꝫ. in ſecũdo huius que ſit illa virtus per quam diſcernitur differẽtia inter calidum ⁊ dulce: ⁊ iterũ dicendum eſt ꝙ illa virtus eſt aliquid vnũ cõmune: ſic autẽ ⁊ intellectus eſt terminus fantaſmatũ que ipſum imutant proportionabiliter ſe habẽs ad fantaſmata ſicut ſenſus cõmunis ad ſenſibilia. quia. ſ. eſt vnum reſpectu plurium: ſicut etiam ſenſus cõmunis ⁊ ſenſibilia ſua ſe habẽt adinuicem. Deinde ſubdit ꝙ nihil differt in ꝓpoſito ſenſuꝫ cõmunẽ ferre iudicium de his que non ſunt eiuſdeꝫ generis ſicut albũ ⁊ dulce. ⁊ de his que cõtraria ſunt ſicut album ⁊ nigrum. ⁊ declarat in terminis: ſit enim. a. albũ b. nigrum. g. fantaſma albi. ⁊. d. fantaſma nigri: tũc arguitur ſic. ſicut ſe habet. a. ad. b. ita ſe habet. g. ad. d. igitur a cõmutata proportione ſicut ſe habet. a. ad. g. ita. b. ad. d. ⁊ per õñs ſicut idem eſt ſenſus reſpectu. a. ⁊. b. ita idem erit intellectus reſpectu. g. ⁊. d. quãuis nõ ſit omnino idẽ ſꝫ eſſe ſiue ſm rationẽ. eadẽ ratio fieri poteſt de his que genere differunt: vt ſi ponatur ꝙ dulce ſit. a. album vero b. quare ⁊c̃. Deinde ſubdit concludẽdo ꝙ intellectus intelligit ſpecies in fantaſmatibus: ideſt intelligit obiecta rep̄ſentata per ſpecies que ex fantaſmatibus decidunt̃. ¶ Notãdum ꝙ ſenſus cõmunis ab Ariſt. dicit̃ vltimũ ⁊ medium: cõmuniter etiam p̄mũ appellat̃. dicitur autẽ vltimum: quia ad ipſum vltimate perueniunt ſenſuum exterioꝝ imutationes. dicit̃ etiam medium ꝓpter ſimilitudinem quã habet ad centrum ſicut in p̄cedẽtibus dictum fuit. p̄mum võ apellat̃: eo ꝙ ibi eſt fons ⁊ origo virtutis ſenſitiue. hic aũt ſenſus eſt vnus ſm numeruꝫ plura võ ſm rationem ſm ꝙ diuerſoꝝ ſenſuum imutationes ad ipſum terminantur.

Cõ.33. ¶ Et ſicut in illis determiatũ ẽ ipſi imitabile: ⁊ fugiẽdũ: ⁊ extra ſenſuꝫ: cũ i fãtaſmatib⁹ fuerit mouet̃: vt ſentiẽs qḋ fugibile ẽ: q̄ ignis cõtrariũ cognoſcit̃ vidẽs qḋ mouet̃: q̄m impugnãs eſt: aliq̄n aũt que ſ̃t in aĩa fantaſmatib⁹: aut itellectib⁹: ⁊ tanq̄ videns rõcinat̃: ⁊ deliberat futura ad p̄ſentia. ¶ Et cũ dixerit vt ibi letum: aut triſte: hic fugit: aut imitat̃. Cõ.34

¶ Declarat ſiliᴛudinẽ ſecũdã. Iſta lr̃a ꝓp ſui breuitatem fere tot vanas habuit expõnes quot fuerũt expoſitores ſꝫ de exẽplis nõ eſt cura: dicit igr̃ ꝙ ſic̃ in reb⁹ ſenſibilib⁹ determiatũ eſt ipſi itellectui imutabile q̄d fugiẽduꝫ: ita ẽt in abſentia ſenſibiliũ cũ a fãtaſmatib⁹ mouet̃ põt aliq̄d itellect⁹ tanq̄ õueniẽs vl̃ diſcõueniẽs cõp̄hẽdere: ⁊ õñr iclinabit̃ volũtas ad fugiẽdũ vl̃ ꝓſequẽdũ: v̄bi gr̃a. cũ aliq̄s cõp̄hẽderit ignẽ in ciuitate vidẽs ipm actu moueri q̄dã cõi potẽtia iudicabit aliquẽ ipugnare ciuitatẽ tũc in p̄ñtia ſenſibilis iudicat h̄ eẽ fugiẽdũ: ⁊ õñr voluntas ad fugã iclinat̃: ſic ẽt abſente ſenſibili põt a fãtaſmatib⁹ imutari itellect⁹. õñr de reb⁹ ñ ſentiẽs rõcinari ac ſi p̄ñtia eẽnt ⁊ de futuris delibationẽ accipe ipſa õferẽdo ad p̄ñtia: ⁊ demũ cũ aliqḋ letũ comp̄henderit: aut aliqḋ triſte poterit ad fugã vel ꝓſecutionẽ iclinatio: ſeq̄ hic ponunt̃ a cõmẽtatore quedã pulchra.33. cõmẽto. de quib⁹ forte videbitur in queſtionibus.

¶ Et oĩo in actõe: ⁊ qḋ ſine actõe eſt: veruꝫ ⁊ falſum in eodẽ genere eſt: cũ bono ⁊ malo: ſꝫ in eo qḋ ſimpl̃r differt ⁊ a quodam.

¶ Ponit duas õnes. p̄ma ẽ iſta: veꝝ ⁊ fl̃ſꝫ tã itellect⁹ practici q̄ ſpeculatiui eſt in eodẽ gñe cũ bono ⁊ malo. hec õ dupl̃r põt itelligi: vno° ſic ꝙ cognitio tã itellect⁹ practici q̄ ſpeculatiui v̄a vl̃ fl̃ſa diuidit̃: nã q̄dã eſt bona ⁊ q̄dam mala. Alio° ſic ꝙ q̄lꝫ cognitio v̄a ſiue practici ſiue ſpeculatiui itellect⁹ eſt bona: q̄lꝫ aũt falſa eſt mala. hos duos modos v̄ificãdi textũ tetigit cõmẽtator õmẽto.34. Ari. aũt ꝑ veꝝ ⁊ falſuꝫ in actione itelligit ea que ſunt in intellectu practico: ⁊ ſine actõe que ſunt in intellectu ſpeculatiuo: practicus. n. vt ſic ad agẽdum iclinat. non aũt ſpeculatiuus inq̄ꝫtũ talis. ¶ 2° õ. v̄itas ⁊ falſitas intellect⁹ ſpeculatiui dr̃nt a v̄itate ⁊ falſitate itellect⁹ practici in eo ꝙ ſimpl̃r ⁊ qḋdã: h̄ dupl̃r intelligi põt vno° ꝙ v̄itas ⁊ falſitas itellect⁹ ſpeculatiui p̄ñt eẽ de vl̃ib⁹ q̄ ſimpl̃r accipiũtur: v̄itas aũt ⁊ falſitas itellect⁹ practici nõ eſt ſimpl̃r: q̄ nõ eſt de aliq̄ vl̃i ſimpl̃r accepto: ſꝫ eſt de q̊dã ꝑticulari: eo ꝙ itellect⁹ practic⁹ circa agibilia v̄ſat̃ q̄ nõ vl̃ia ſꝫ ſolũ ꝑticularia eẽ p̄ñt. ¶ Scḋo exponit cõmẽtator all̃. õmẽto ꝙ v̄itas ⁊ falſitas itellect⁹ ſpeculatiui ſunt bonũ ⁊ malũ cũ õditõe q̄dã: qḋ pro tãto: puto ipm dixiſſe: q̄ intellectus ſpeculatiuus rẽ abſolute ſpeculat̃ nõ in cõpatione ad extriſecũ op⁹. itellect⁹ võ practic⁹ in cõpatiõe ad opationẽ extriſecã: ⁊ iḋ ſubdit cõmentator ꝙ per hãc dictionẽ in termio vt hꝫ alia trãſlatio poſſum⁹ itelligere fineꝫ eo ꝙ veꝝ itellect⁹ ſpeculatiui eſt bonũ abſolute: ſꝫ itellect⁹ practici eſt bonũ reſpectu poſiti finis: q̄re ⁊c̃. Moderni tñ al̃r hũc textũ itroduxerũt. vꝫ. vt Ariſ. itẽdat ꝙ itellect⁹ ſpeculatiuus ⁊ practic⁹ ſunt real̃r idẽ: ſed aliq̄l̃r dr̃nt. verũ ⁊ falſuꝫ que ꝑtinẽt ad ſpeculatiuũ itellectuꝫ ⁊ bonũ ⁊ malũ q̄ ad practicũ ꝑtinẽt ſunt i eodẽ gñe: dñr aũt eẽ in eodẽ gñe: q̄ ſunt in eodeꝫ ſubo: dr̃nt tñ in eo ꝙ itellect⁹ ſpeculatiuus õſiderat res ſimpl̃r. i. vl̃i õſideratione: itellect⁹ võ practic⁹ res cõſiderat ꝑticulari mõ tm̃.

Cõ.35. ¶ Abſtractõe aũt dicta itelligit ſicut ſymũ: ſꝫ ꝙ ſymũ nõ ſepate. Inquãtũ aũt curuũ ſi aliqḋ intellexit actu ſine carne vtiq̄ intellexit in qua

Cõ.36. curuũ: ſic̃ mathematica. ¶ Nõ ſepata tanq̄ ſi ſepata ſint itelligit: cũ itelligat illud. Oĩo ãt intellectus qui ſm actũ res eſt intelligens.

¶ Oſtẽdit qual̃r itellect⁹ ſe hꝫ ad ſepata a mã: ⁊ p̄mo q̄liter mathematica itelligat. ſcḋo ſe excuſat a determinatione q̄l̃r itelligat entia ſimpl̃r ſepata ibi. (Utrũ aũt cõtigat). dĩc p̄ ꝙ itellect⁹ humanus itelligit ea que abſtracta dñr. ſ. mathematica ſicut ⁊ itelligit nãlia: vt v̄bi gr̃a. ſic̃ intelligit ſymũ in eo ꝙ ſymũ nõ abſtrahẽdo a mã: ita intelligere põt curuũ in eo ꝙ curuuꝫ: ipm tñ a carne abſtrahẽdo in qua hꝫ eſſe curuũ: ⁊ ſic õñr entia mathematica non real̃r a mã ſeparata: deĩde ſubdit ꝙ itellect⁹ in actu vl̃i eſt res itellecta. ¶ Nõndũ ꝙ quedã ſunt entia que in ſui rõne formali circũcernũt mãm ſenſibilẽ: q̄lia ſunt pl̃ima reꝝ nãliũ: ⁊ illa ſine hõ materia itelligi non p̄ñt. quedã võ ſunt que lꝫ ſine mã eẽ non poſſint: in ſui tñ rõne formali illã nõ includũt: ſic̃ magnitudo linea ſupficies: ⁊ alia hõ: ⁊ hec ab intellectu ſine illa comp̄hẽdi poſſunt. totũ hoc colligi põt de mente Cõmẽtatoris cõmẽto.35. cum inq̄t. ſed ſimus in eo ꝙ ſimus ipoſſibile eſt vt diuidat̃ a materia: genus aũt eius quod eſt cõcauitas poſſibile eſt vt diuidat̃ a mã: ⁊ innuit Ariſto. hoc ꝙ illa poſſibilitas que eſt in abſtractione illoꝝ ab itellectu eſt õñs naturas ⁊ q̄ditates eoꝝ: non q̄ accidit eis: quia ſint non in materia: ⁊ parũpoſt ſubdit cõmẽtator ꝙ itelligere diuerſat̃ ſm diuerſitatẽ nature intellecti: ſicut enim diuerſimode ſe habet res intellecta quo ad icludere vl̃ non includere mãm in ſui rõne formali: ita diuerſa eſt vel eſſe põt ipſius intellectio: ex quo patet ꝙ illa verba cõmẽtatoris cõmuniter allegant̃ extra ꝓpoſitũ ipſi⁹: cõmuniter enim adducunt̃ ad ꝓbanduꝫ ꝙ ſm ꝙ obiecta intelligibilia fuerint plura: ita eoꝝ intellectiones erunt pl̃es. ¶ Nõndũ ſecũdo ꝙ entia que in materia neceſſario hñt eſſe intelligi ſine materia dupl̃r intelligi poteſt. vno modo vt ſimplici app̄hẽſione intelligant̃ vt ſi ſim̃ intelligat̃ magnitudo in eo ꝙ magnitudo. alio modo cognitione cõplexa: circa cognitionẽ p̄mã non accidit falſitas: ſicut enim ſm naturas ⁊ q̄ditates eoꝝ materiã nõ includũt vt inquit cõmẽtator: ita eoꝝ nature ⁊ q̄ditates abſtracte ab intellectu comp̄hẽdi poſſunt: q̄uis intellectio illa non ſit falſa: ⁊ hoc eſt qḋ inq̄t Ariſt. ꝙ abſtrahẽtium non eſt mẽdaciũ: circa cognitionẽ võ ſecũdam accidit falſitas vt de ſe patet. ¶ Notãdũ tertio ꝙ illa ꝑticula. intellectus eſt res itellecta cõmuniter. ſic exponit̃ ꝙ ſicut res intellecta ſe habet quo ad includere vel non includere materiã in rõne ſui ita etiã intellect⁹ illã intelligit vel intelligere põt. Aliter videt̃ exponere Cõmentator cõmẽto.36. ſ. ꝙ res mathematica cum fuerit actu de intellectu abſtracta cuꝫ etiã vl̃izat̃ fit intellectus in actu. q̄d aũt per intellectũ in actu intelligat Cõmẽtator alias dictum fuit. Albtus võ alamanus illũ textũ exponere videtur de intel̃ ſeparata que ſemꝑ eſt actu intelligẽs ⁊ actu intellecta.

¶ Utꝝ aũt cõtingat aliqḋ ſeparatoꝝ intelligere ipſum exiſtentẽ nõ ſeparatũ a magnitudie: aut non: conſiderandum poſterius.

¶ Dicit ꝙ poſterius cõſiderandũ eſt nunq̄d cõtingat intellectũ a magnitudine non ſeparatuꝫ intelligere aliqḋ ſeparatoꝝ ſm eſſe ſicut ſunt intelligẽtie ſeparate: hanc queſtionẽ hic Ariſt. non determinat: quia nõdum determinatum erat de qualitate intelligẽtiarũ qḋ ꝑtinet ad metaphyſicũ: neq̄ huius materie determinatio ad nos ꝑuenit. ſiue q̄ liber in quo ab Ari. deteriata fuit: ad nos non ꝑuenit: ſiue q̄ morte p̄uẽtus fuit: ex iſto aũt textu ſatis apparẽter cõcludit̃ contra opinionẽ cõmẽtatoris: de vnitate intellect⁹: cuꝫ Ari. dicit intellectũ a magnitudine nõ ſeparatũ: lꝫ ipſe in cõmẽto.36. itelligat ꝙ nõ eſt ſepat⁹ ſm ꝙ nobiſcũ copulat̃. vꝫ. q̄ꝫtũ ad opationẽ ſim̃ tñ dici debet ſeparatus vt ibidem. d.

Cõ.37. ¶ Nũc aũt de aĩa dicta recapitulãtes dicam⁹



Universidad de Salamanca. BGH

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

**iterũ: qm̄ oĩa ea que ſunt quodāmō eſt aĩa: aut .n. ſenſibilia que ſunt aut itelligibilia: ē aũt ſcia q̄dē ſcibilia quodāmō: ſenſus aũt ſenſibi-**
Cō. 38. **lia. ⁋ Qualr̄ aũt hoc ſit oꝫ inquirere. Secat̄ .n. ſcia ⁊ ſenſus in res: que q̄dē potētia eſt i ea que ſunt potētia: q̄ v̄o actu: in ea q̄ ſunt actu. Aĩe aũt ſenſitiuũ: ⁊ qđ ſcire pōt: potentia hec ſunt: hoc q̄dē ſcibile: illud v̄o ſenſibile.**

⁋ Iſtud eſt q̄rtũ ca^m in quo ex determĩatis de itellectu ⁊ ſenſu oñdit qđ de aĩa ſit ſentiēdũ. diuidit̄ āt in ptes duas. p̄ oñdit aĩaꝫ quodāmō eē oĩa: ſꝫ nō eo mō q̄ antiq poſuerũt. 2° oñdit depēdētiā itellect⁹ a ſenſu ibi. (Qm̄ aũt res) itē p̄ pbat aĩaꝫ q̄dā mō oĩa eē. 2° q nō ſic eſt oĩa: vt antiq dixerũt ibi. (Neēe eſt aũt). dicit igr̄ p̄ nos recapitulantes ea q̄ de aĩa determĩata ſunt dicam⁹ ꝯnē iſtā: aĩa eſt q̄dāmō oĩa q̄ ſunt. pbat̄ ſic. oĩa q̄ ſunt: aut ſunt ſenſibilia: aut itelligibilia: ſed itellect⁹ eſt oĩa itelligibilia: ſenſus v̄o eſt oĩa ſenſibilia: cũ igr̄ ſenſus ⁊ itellect⁹ in aĩa fundent̄: ſeqr̄ q aĩa eſt quodāmō oĩa: tenet ꝯña cum maiori: ſed q̄lr̄ minor ſit v̄o declarat̄. cũ .n. itellect⁹ q̄nq; ſit itellect⁹ i actu ⁊ q̄nq; in potētia ſilr̄ ⁊ ſenſus ⁊ eodē mō res ſenſibiles ⁊ itelligibiles: q̄nq; ſunt tales actu: q̄nq; ſunt po^a: ſenſus i actu eſt ſenſibilia i actu: ⁊ ſenſus in po^a eſt ſenſibilia i po^a ꝑiformiter itellect⁹ in po^a eſt itelligibilia in po^a: itellect⁹ v̄o in actu ē ipa itelligibilia i actu: q̄re ⁊c̄. cōmētator hic dicit cōmēto. 37. q dr̄ie entiũ q̄b⁹ diuidunt̄ ſunt eedē cũ differētijs aĩe .ſ. potētia ⁊ act⁹: ⁊ parũpoſt ſubdit. Res .n. q̄ꝝ dr̄ie ſunt eedē ipe ſr̄ eedē in illo mō ſꝫ quē hñt dr̄ias illas. ⁋ Notādũ p̄ q notāter dicit pħs q̄dāmō ē oĩa ⁊c̄. eo q aĩa nō eſt ipe res ad extra ſm ipaꝝ eē mãle: ſꝫ ſolũ quo ad eē itētōale vt videbit̄ i pte ſequēti. ⁋ Notāduꝫ ſcđo ſm Albtũ q ſpēs q̄ in aĩa recipiunt̄ vniunt̄ ſibi ſicut receptũ recipiēti: nō aũt ſic forma mãe: neq; ſicut accñs ſubo ſuo. Et ſi arguit̄ ꝯ. qꝛ ſpēs ille v̄nr accñtia q̄dā cum ſint q̄litates ſpũales: q̄re recipient̄ in ea ſic accñs i ſubo Rñdet tacite corrigēdo dictũ ſuũ q arg^m pbat veꝝ large accipiēdo ſubꝫ: ſꝫ hic accipit̄ magis ſtricte: dr̄ aũt in ꝓpoſito ſm eũ aĩa ſubꝫ ſpēꝝ iꝓpe: qm̄ ille ad eē aĩe non reqrunt̄ ſic caliditas ad eē ignis. neq; conſeq̄ntes aliqđ qđ reqrat̄ ad eē ipſius. ſꝫ i aĩa tm̄ reqrunt̄ ꝑ ipſi⁹ opatione: poſſet ēt addi altera cā: qꝛ .ſ. ille ſpēs ꝯtinue i eſſe ⁊ cōſeruari ab agēte extriſeco .i. fātaſmate depēdent. his tm̄ nō obſtātib⁹ abſolute ꝯcederē ego iuxta cōem modũ loquēdi q aĩa eſt ſpēꝝ ſubm accipiēdo ſubꝫ vt cōiter accipi ſolet. ⁋ Notādũ tertio q ꝑ illā diuiſionē entiũ. q̄daꝫ ſunt ſēſibilia: q̄dā v̄o itelligibilia nō itendit vt realr̄ mēbra illa diſtinguant̄ vt q̄dā aſſerere v̄nr: qm̄ oĩa ſenſibilia ſũt itelligibilia: ſꝫ nō ē ꝯ: ſꝫ voluit illa mēbra tm̄ rōne diſtigui. ⁋ Notādũ 4° ſm Albtũ q ille ſenſus q eſt oĩa ſenſibilia in potētia vl̄ actu eſt ſenſus cōis: itellectus v̄o poſſis añ itellectũ adeptũ eſt oĩa itelligibilia in potētia ⁊ poſt intellectũ adeptũ eſt oĩa in actu: ſꝫ hec v̄a ſint mihi tm̄ appet q Ari. loqt̄ de ſenſu abſolute ⁊ itellectu abſolute ſumptis ita vt dicat̄ q ſenſus aliqđ ſenſibile actualr̄ ſentiēs eſt illud ſenſibile actu: cũ aũt ipꝫ nō actu ſentiat ſꝫ ſit apt⁹ ſentire dr̄ in potētia ipꝫ. eodē modo dicat̄ de intellectu. ⁋ Nota tm̄ q iſte ꝓbatiōes falſe ſunt de v̄tute ſermonis: ſꝫ ꝯcedunt̄ ad ſenſuꝫ q ſtatiꝫ dicet̄. Quidā ex hac pte auc̄tatē aſſumũt q ſcie diuidunt̄ ſm reꝝ diuiſionē ⁊ v̄nr ꝯ hoc mouēt dubiũ: ſed h̄ nō eſt expediēs: qꝛ ꝑ hũc terminũ ſcia pħs itellexit itellectũ: q̄re illa expoſitio ab intentione Ari. eſt valde remota. q̄re ⁊c̄.

**⁋ Neceſſe eſt aũt: aut ipſa: aut ſpēs eſſe. Ipſa q̄dē igit̄ non ſunt: nō .n. lapis in aĩa eſt: ſꝫ ſpecies: quare anima ſicut manus eſt: manus .n. eſt organum organoꝝ: ⁊ intellectus ſpecies ſpecierum: ⁊ ſenſus ſpecies ſenſibilium.**

⁋ Ponit iſtā ꝯnē: aĩa ſolũ iſto mō eſt oĩa: qꝛ ipſa eſt ſpēs coꝝ. pbat̄ ſic. aĩa q̄dā⁹ eſt oĩa vt ex p̄cedēti pte pꝫ: aut igitur h̄ eſt: qꝛ realr̄ ſit illa oĩa q̄ ab ipa cōprehendunt̄: aut qꝛ eſt ſpēꝝ coꝝ: ſꝫ nō p̄ mō: qꝛ lapis nō eſt in aĩa. q̄re relinquit̄ ſcđo mō: cũ ſpēs lapidis ſit ipſi aĩe ꝯiuncta. q̄re ⁊c̄. Ex quo iferi̅ q aĩa eſt ſic manus. queādmodũ .n. manus eſt organũ organoꝝ: ita itellect⁹ eſt ſpēs ſpēꝝ: ⁊ ſenſus ē ſpēs ſenſibiliũ. ⁋ Notādũ vt ſupra dicebat̄ q ꝓpōnes iſte ſunt falſe de v̄tute ſmonis: aĩa eſt ipe res ad ex̄: ⁊ aĩa eſt ſpēs reꝝ: iſte tm̄ ꝓpter illā cām ꝯcedunt̄. res ad extra ſpēꝫ multiplicāt ad ipſam aĩaꝫ: q̄re ſpēs illa q̄ eſt effect⁹ obi̇ aĩe vl̄r ⁊ ſibi aliq̊ mō idētificat̄ ſic forma ſubo ſuo. aĩa itaq; eſt ſpēs .i. ſpēs oboꝝ ad ex̄ vniunt̄: ⁊ v̄nr aĩa eſt res ad ex̄: ꝑ eũdē eē actũ rei ad ex̄ ⁊ ipſi⁹ aĩe: eadē .n. ſpecies eſt act⁹ aĩe tanq̄ ſubi ⁊ obi̇ ad ex̄ tanq̄ efficientis. Ari. aũt p̄dictas ꝓpōnes ꝯceſſit tanq̄ ab antiqs ꝯceſſas vt oñderet in q̊ ſenſu v̄itatē hr̄e pñt. ⁋ Notādũ ſcđo q illđ exēplũ. aĩa eſt ſicut manus. q̄dā ſic adaptāt: q ſicut manus eſt data hoi ⁊ nō alijs aĩalib⁹ loco oĩuꝫ organoꝝ q̄ alijs aĩalib⁹ data ſũt: eo q man⁹ pate ſũt facere defenſionē ipugnationē ⁊ coopimẽtũ: q̄ ab orgãis alioꝝ aĩaliũ fiũt: ſic ab vnguib⁹ roſtro vel cornib⁹: ⁊ ꝑ ꝯñs: man⁹ virtualr̄ eſt oĩa illa inſtr̄a: ſic itellect⁹ eſt ſpēs itelligibilium ſiue forma: qꝛ oĩa itelligibilia ſm coꝝ ſpēs ſiue formas ſibi idētificant̄: idē ēt de ſenſu dicat̄. ⁋ Alio⁹ exponit cōmentator cōmēto. 38. ⁊ puto melius dicēs q ſic manus eſt organũ organoꝝ: qꝛ eſt organũ vtēs oĩb⁹ alijs inſtr̄is q̄b⁹ hoiem agere ꝯtingat: ⁊ recipiēs ea: ſic itellect⁹ ē ſpēs ſpēꝝ .i. forma ſpēꝝ itelligibiliũ recipiēs illas: ⁊ ſenſus ſic ſiue forma ſenſibiliũ. ⁋ Alr̄ exponit Albt⁹ nō minus rōnabilr̄ q man⁹ eſt organũ organoꝝ: qꝛ nō tm̄ vni officio deputatũ: ſꝫ iuuās alia iſtr̄a. iuuat .n. oculũ aurē organũ olfat⁹: ⁊ alia hō organa pro opatiōib⁹ ſuis ꝑficiēdis: ⁊ ſic de ſenſu ⁊ intellectu dicēdũ erit. ſunt .n. ſpēs oĩum ſenſibilium ⁊ intelligibiliũ modo p̄us expreſſo.

**⁋ Qm̄ aũt neq; res ulla eſt preter magnitudines: ſicut vi̇. ſenſibilia ſepata in ſpēb⁹ ſenſibilib⁹ itelligibilia ſunt: ⁊ que abſtractiōe dr̄: ⁊ quecũq; ſenſibiliũ habitus ⁊ paſſiones: ⁊ ob hoc neq; non ſentiēs nihil vtiq; adiſcet: neq; intelliget. Sed cũ ſpecule̅ neceſſe ſimul fantaſma aliquod ſpeculari: fātaſmata aũt ſicut ſenſibilia ſunt: preter q ſunt ſine materia.** Cō. 39.

⁋ Poſſet aliqs ex predictis credere q intellectus in intelligendo non depēdet a ſenſu: quia dictum eſt intellectum eſſe ſpeciē intelligibiliũ ⁊ ſenſum ſenſibiliuꝫ: ideo pħs tacitā ſoluit dubitationē oñdēs itellectũ depēdere a ſenſu: ⁊ p̄ facit h̄. ſcđo oñdit itellectũ differre a fātaſia: que ēt a ſenſu depēdet ibi. (Eſt aũt fantaſia). p̄ igr̄ itendit ꝯnē iſtā: q̄cũq; a nobis itelligibilia ſunt in ſpēb⁹ ſenſibilib⁹ itelligunt̄. pbat̄: nulla res a nob̄ p̄ncipalr̄ itelligitur niſi res corpea ſic ſenſibilia que ꝑ intellectũ ſepant̄: nō tm̄ ſine magnitudīe erũt: q̄libet aũt res corpea ꝯcurrente ſpē ſenſibili itelligit̄ a nob̄: igr̄ ꝯ v̄a. erit aũt taꝫ v̄a ꝯ de his que abſtracta dicunt̄ ſicut mathematica q̄ꝫ de his que ſunt habitus vel paſſiōes reꝝ ſenſibiliũ: ex ꝯne iferi̅ correlarie q q nō ſentit nihil adiſcit: neq; itelligit: ⁊ ꝑ ꝯñs neēe eſt cũ itellect⁹ aliqđ itelligat ſiue ſpeculetur mediāte aliq̊ fantaſmate ſpeculari: fantaſmata aũt v̄nr ſenſibilia quedā: ſed in hoc differũt ab eis q̄ ſũt ſine mã.

**⁋ Ipſa q̄dē igit̄ non ſunt: nō .n. lapis in aĩa eſt: ſꝫ ſpe-** 



⁋ Nōn^m p̄ q res aliē p̄ter ſenſibiles ⁊ corporeas itelligi pñt. poſſum⁹ .n. ſubas ſepatas itelligere. Itē itellectum ſpēꝫ itelligibilē ⁊ itellectionem ⁊ idiuiſibilia vt pũctũ ⁊ vnitatē. Itē p̄uatōes ⁊ alia hōꝝ. ſilr̄ ⁊ vl̄ia: verũtm̄ nulluꝫ illoꝝ itelligerem⁹ niſi aliq̊ mãli ⁊ organico a nob̄ p⁹ itellecto ex cui⁹ cognitōe in illoꝝ cognitionē deueniam⁹. ꝓpterea decīi eſt in ꝓbatōe ꝯnis p̄ncipalr̄ itelligibilis ⁊c̄. ⁋ Notādũ 2° q ꝑ ſpēs ſenſibiles vno⁹ itelligere poſſumus formas q̄ i mã ſenſibili hñt eē: alio⁹ ſpēs ab eis multiplicatas i organũ ſenſus exterioris vl̄ iterioris: vtroq; modo pōt itelligi: cum dr̄ q quecũq; intelligunt̄ in ſpēbus ſenſibilib⁹ itelligunt̄ .i. mediātib⁹ formis ſenſibilib⁹ ſiue mediātib⁹ caꝝ ſpēb⁹ ſenſibilib⁹ mouētib⁹ ite^m itelligunt̄. itēdebat igit̄ pħs arguere q qꝛ res q̄ a nob̄ p̄us intelligunt̄ ſunt mãles res corporee ⁊ ſenſibiles: ſine illis: alia itelligere nō ꝯtigit: ⁊ ꝑ ꝯñs q̄cũq; itelligunt̄ mediātib⁹ ſpēb⁹ ſenſibilib⁹ itelligunt̄. ⁋ Notandũ 3° vt cōiter exponit̄ q ꝑ adiſcere pħs itellexit opationē itellect⁹ de nouo acqſitā ſiue dũ acqrit̄: intelligere v̄o accipit ꝓ opatiōe ipſi⁹ poſtq̄ fuerit añ acqſita q̄ſi pħs inueret q ſiue de nouo aliqđ itelligam⁹ ſiue poſtq̄ alias ipm itellexerimus: ſemꝑ tm̄ itellectio fit mediāte ſenſu vl̄ fantaſmate ad illud ꝯcurrēte. Ex q̊ iferi̅ opiōnē Auicēne nō eē verā q voluit itellectũ poſt acqſitionē ſpēꝝ itelligibiliũ ſine fantaſmate itelligere poſſe. de hac tm̄ mã viſuꝫ eſt in qōnib⁹. ⁋ Notāduꝫ vltio q fantaſmata ſunt ſic ſenſibilia eo q ſic ſe hñt ſenſibilia ad ſenſuꝫ: qꝛ mouēt ipm: ſic fantaſmata ad itellectũ. verũtm̄ ab eis differũt: qꝛ ſenſibilia ſunt mãe ꝯiũcta. fantaſmata v̄o cũ bēant eē itētōale ſũt a mã ſuoꝝ oboꝝ ſēſibiliũ ſepata: eo q ſenſus ſiue iterior ſiue exterior ē ſpēꝝ ſine mã receptiuus vt viſũ ē ſupra.

**⁋ Eſt āt fātaſia alteꝝ a dictōe ⁊ negatōe. Cōpoſitio .n. intellectuũ eſt verũ aut fl̄ꝫ. Primi āt itellect⁹ q̄dē differrēt: vt nō fantaſmata ſint aut neq; alij fātaſmata: ſꝫ nō ſine fātaſmatib⁹**

⁋ Intēdit ꝯnē iſtā ꝯ q̊ſdā antiqs. fantaſia eſt aliud ab intellectu. ꝯ ſic pbat̄. opatio itellect⁹ diſtinguit̄ ab opatōe fantaſie: igit̄ ⁊c̄. a^m pꝫ. qm̄ itellect⁹ cōponēdo vl̄ diuidēdo apphēdere pōt ex qua cōpōne vl̄ diuiſiōe ſeqt̄ v̄itas: aut falſitas: fantaſia v̄o nō: ſꝫ ſolũ ſimplr̄ apphēdit nō ꝑ modũ veri vl̄ falſi. q̄re ⁊c̄. ⁊ ſubdit q p̄mi itellect⁹ in fantaſmata nō ſr̄ q̄uis ſine fantaſmatib⁹ eē nō poſſint. ⁋ Notandũ q ꝑ p̄mos itellect⁹ expoſitores cōiter itelligũt cōcept⁹ icōplexos ⁊ q illi alij ſunt a fātaſmatib⁹ arguũt eo q ſunt vl̄es: fātaſmata v̄o ſingularia: q̄re ⁊c̄. Credo tm̄ q nō tm̄ vl̄eꝫ: ſꝫ ēt ſingularē ꝯceptũ poſſit hr̄e itellect⁹: ſed ſufficit ꝓpoſito nr̄o q poſſit hr̄e vl̄es. fantaſia v̄o nō: Cōmētator v̄o ꝯmē. 39. ꝑ p̄mos itellect⁹ itelligit ꝓpōnes primas que dr̄ per ſe note: tales .n. lꝫ fantaſmata nō ſint: a fantaſmatib⁹ tm̄ aliquo mō depēdētiā hñt: eo q ſimplices ꝯcept⁹ ex q̄b⁹ cōponunt̄ ſũt ex fantaſmatib⁹ accepti.

Cō. 40. **Q uoniā aũt aĩa ſm duas diffinita eſt potētias que aĩaliũ ē: ⁊ diſcretio qđ itelligētie opus eſt: ⁊ ſenſus ⁊ adhuc in mouēdo ſcđꝫ locũ motũ: de ſenſu q̄dē ⁊ itellectu determĩata ſint tāta: de mouēte aũt qđ forte ſit aĩe ſpeculādum eſt: vtrũ vna q̄dā ps ipſius ſit ſepabilis: aut magnitudine: aut rōne: aut oĩs aĩa: ⁊ ſi pars aliqua: vtrum ꝓpria quedā ſit preter cōſuetas dici: ⁊ dictas aut harum vna aliqua ſit.**

⁋ In p̄cedētib⁹ taꝫ 2° q̄ꝫ 3° libro. p. deteriauit de potētijs aĩe vegetatiue ſenſitiue ⁊ intellectiue: nũc v̄o ꝯñr determinādũ eſt de po^a ſm locũ motiua. diuidit̄ aũt tota hec ps i duas. nā p̄ ponit itētionē ſuā ⁊ exeqt̄ ibi. (Dꝫ aũt dubitationē ⁊c̄). dicit igr̄ p̄: cũ ita ſit q aĩa aĩaliũ diſtinguit̄ ſꝫ duo gñā potētiaꝝ quoꝝ alteꝝ eſt a quo ꝓuenit diſcretio .i. cognitio q̄ duplex eſt. q̄dā itellectiua q̄ fit in itellectu: q̄dā v̄o ſenſitiua q̄ fit in ſenſu: alteꝝ eſt a quo ꝓuenit mot⁹ ſꝫ locũ .ſ. ꝓgreſſiuus. de itellectu aũt ⁊ ſenſu determinatũ eſt ſufficiēter: nũc v̄o vidēdũ eſt de p̄n° ſm locũ motiuo nũqđ ſit ipa tota aĩa vl̄ ps ei⁹: ⁊ ſi ſit ps nũqđ ab alijs ptib⁹ differens loco ⁊ ſubo vt pħs dicit vel rōne tm̄. itē ſi ſit aĩe ps dubitat̄ nũqđ ſit aliq̊ ꝓpria ps p̄ter eas q̄ dici cōſueuerunt ⁊ p̄ter eas que a nobis dicte ſunt: vl̄ potius ſit aliqua ipſarum.

**Dubitatur** p̄mo: qꝛ pħs in 2° hui⁹ illo caplo. Potentiaꝝ aũt aĩe .d. q̄tuor eē gñā potētiaꝝ. vꝫ. vegetatiuũ: ſēſitiuũ: ſm locũ motiuũ: ⁊ itellectiuũ: iter que ponit̄ ſm locũ motiuũ tanq̄ 3^m in ordīe: q̄re p̄us de ipſo determinādũ erat q̄ꝫ de itellectu. ⁋ Cōfirmat̄: qꝛ illa q̄tuor adiuicē graduant̄ ſm ordinē magis ⁊ minus vl̄is ⁊ ſm ordinē ꝑfectioris ⁊ iꝑfectioris: ſꝫ ſꝫ locum motiuũ eſt gnãlius itellectiuo: ⁊ eo iꝑfecti⁹ igit̄ p̄us determinādũ erat. ⁋ 2° dubitat̄: qꝛ v̄r q ꝑ motiuũ ſm locũ nō differũt aĩalia ab his que nō ſunt aĩalia: nā eſta mixta inaĩata motu ſm locũ moueri pñt. q̄re ⁊c̄. ⁋ Forte dr̄ q nō nãlr̄ ad oēm dr̄iam pōnis mouent̄ ſic aĩalia. ⁋ Cōtra. ſaltē nō differũt a plātis eo q plāte dũ nutriũtur ⁊ augent̄ ad oēꝫ mouent̄ dr̄iaꝫ pōnis. ⁋ Ad p̄mũ dr̄ q mot⁹ localis ꝓgreſſiuus aliqñ ꝓuenit ab appetitu itellectiuo qui voluntas dr̄ tanq̄ a p̄ncipio ipſius effectiuo ſicut in hoīe ꝯtingit. aliqñ v̄o ab appetitu ſenſitiuo ſicut in homīe ⁊ aĩalib⁹ brutis ꝑfectis: quare rōnabile fuit vt p̄us de ſenſu ⁊ intellectu determinaret̄: a q̄bus depēdet appetitus ſenſitiuus ⁊ intellectiuus q̄ꝫ de potētia motiua. Iteꝫ qꝛ potētia motiua nunq̄ exit in actum ſuuꝫ niſi p̄cedēte actu ſenſus: aut intellectus: Item hoc fecit pħs ſequēs ordinem antiquoꝝ qui diſtinguebāt animal ab alijs. p̄mo per cognoſcere. ſecũdo per localiter moueri. ⁊ ꝯſequēter diſtinguebāt cognoſcere in ſenſitiuũ ⁊ itellectiuum: per hoc patet ad rationem. lꝫ enim tertio loco ab Ariſt. numeret̄ ſm locum motiuũ tanq̄ vniuerſalius ⁊ minus ꝑfectũ q̄ꝫ intellectiuũ. ꝓpter tamē p̄dictas cauſas p̄us fuit de intellectu determinādũ. ⁋ Ad ſcđm dicit̄ q eoꝝ que localiter per ſe: ⁊ naturaliter mouent̄ quadruplex eſt gradus: quedā enim ad vnā differētiaꝫ poſitionis tm̄ p̄ncipalr̄: ⁊ per ſe determinata ſunt moueri ſicut elemēta ⁊ mixta inaĩata que mouent̄ ſm dñiuꝫ qualitatis elemētaris in ipſis domināntis: alia v̄o ſm naturam ſuam ad omnē differentiam poſitionis indifferēter mouent̄: motu tamē locali aliũ motũ ꝯſequēte qualiter plante mouent̄ cum nutriant̄ ⁊ augeātur ſm oēm differentiā poſitionis. Ad earũ v̄o nutritionē ⁊ augmentum ſeqtur per ſe motus localis vt patet. quedam vero motu quodam ſimili motui ꝓgreſſiuo mouent̄ qui vocatur motus dilatationis ⁊ conſtrictionis: ⁊ hoc modo mouētur animalia: quedaꝫ iꝑfecta. vt vermes. ex hoc enim q vna pars alteri cōcatenata alterā trahit: ⁊ altera alterā: mouentur quodā motu ſimili motui ꝓgreſſiuo ſm quem aliqñ ſe dilatāt: aliqñ ſe conſtringunt ob̄m aliqđ fugiēdo vel ꝓſequēdo. vltimo v̄o aĩalia perfecta mouētur motu locali ꝓgreſſiuo qui fit ambulādo pedibus vel alio ſilī inſtrumēto: differũt autem iſti quatuor gradus ſm magis ⁊ minus vl̄e ſm perfectius ⁊ minus ꝑfectum: eo q prior eſt vniuerſalior ⁊ minus ꝑfectus in ꝓpoſito: igit̄ intelligit Ari. de motu locali tertio ⁊ q̄rto modo. per hoc patet ad rationem in oppoſitum.



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Cō.41. ¶ Pꝫ aūt dubitationē moꝝ: quō oꝫ ptes aīe di‑cere: ⁊ quot ſunt: modo.n. quodā in finite vi‑dent̄: ⁊ nō ſolū quas dicūt qdā determinātes rōcinatiuā: ⁊ iraſcibilē: ⁊ appetitiuā: hi auteꝫ rationem habentem ⁊ irrationabilem.

¶ Nūc exeqt̄ intētionē ſuā.p̊ p modū diſputatōis.z° per modū dtermiatōis ibi (Ur̄ hic aūt).itē p̊ diſputat circa diſtīctionē potētiaꝝ aīe.z° ſpālr circa p̄nm mot⁹ pgreſſi‑ui ingrēdo q̄ ps ſiue po^a aīe ſit ibi. (Or qdē igit̄ nō vege‑tatiua ⁊c̄).p̊ recitat q̄ſdā diuiſiōes potētiaꝝ aīe poſitas ab antiqs.z° diſputat ꝯ eas oñdēdo īſufficiētiā eaꝝ ibi. (Scōꝫ.n.dr̄ias).p̊ igit̄ dic̄ ꝙ dubitatio eſt q̄ ⁊ quot ſint aīe ptes potētiales: vr̄r.n. quodā mō eſſe ifinite ⁊ nō ſuf‑ficere ſolū ille q̄s qdā diſtinguūt. dicit ꝙ potentiaꝝ aīe alia ē rōcinatiua: alia iraſcibilis: alia appetitiua. Alij vō dr̄t ꝙ potētiaꝝ: alia eſt rōnalis: alia vō irrōnal̄. ¶ No‑tandū ſm Cōmē.cōmēto.41.ꝙ phs dicit q̊dā mō poten‑tie vr̄r eē ifinite: eo ꝙ ſi diſtinguerent̄ ſm obōꝝ diſtin‑ctionē ſic̄ oba nō ſunt nob ſub certo nūero cōphēſa: ſic ⁊ potētie eēnt ſub nūero nob icerto cōphēſe: ⁊ iō dixit q̊dā mō ifinite: ⁊ nō ſilr̄ ifinite. dixit ēt vr̄r: qꝛ nō abſolu‑te affirmat potētias oīmode diſtigui ſm oīuꝫ obōꝝ ſpe‑cificā diſtīctionē: poſſem⁹ ēt dicere ꝙ Ari. itellexit ꝙ aīe potētie vr̄r q̊dā mō ifinite.i. multo plr̄es q̄ꝫ ſolēt diſtin‑gui ab ātiqs. ¶ Notādū z°.ꝙ illa p̄ma diuiſio. potētiaꝝ aīe q̄dā eſt rōnalis q̄dā eſt iraſcibilis: ⁊ alia eſt appetiti‑ua: nō ē ſufficiēs: qꝛ mlr̄te ſī aīe potētie q̄ ſub illa nō ꝯpre‑hendunt̄ vt videbit̄ ifra. Jtē z^a diuiſio ꝙ potētiaꝝ q̄dā eſt rōnalis ⁊ alia irrōnalis ſolas potentias aīe humane comprehendit quare inſufficiens videtur.

**Dubitatur** nā vr̄ ꝙ hec diuiſio vltia ſit ſufficiēs. cū.n. rōnale ⁊ irrōnale adīuicē ꝯdi‑ctorie opponant̄ vr̄ quālꝫ aīe potētiam ſub altero illoꝝ ꝯtieri. Preterea phs p̊ ethy. acceptat illā diuiſionē tāq̄ꝫ bonā. q̄re ⁊c̄. ¶ Pro rn̄ſiōe nota ꝙ ille termin⁹ irrōna‑le nō accipit̄ pure negatiue: ſꝫ ifinite. tūc.n. non eēt dr̄ia ꝑpa gn̄is potētiaꝝ: imo in plus ſe hr̄et q̄ꝫ illud genus: cō‑peteret.n. lapidi: ⁊ cuilꝫ inaīato. accipit̄ igit̄ rōnale p q̄lꝫ po^a q̄ vtit̄ rōne. irrōnale aūt: vt qdā dr̄t q̄ nec vtit̄ rōne: nec eſt apta imediate obedire rōni: ꝯiūgit̄ tn̄ cū vtēti rō‑ne. ⁊ h̄ mō vegetatiuū i hoīe diceremus irrōnale. Alr̄ ⁊ meli⁹ irrōnale dr̄ illud qd̄ eſt rōni ꝯriū vel qd̄ aptū ē ſeq rōnē. nō tn̄ ſeqt̄: ex quo ifert̄ ꝙ ille dr̄ie ſic accepte ſolis potētijs hūanis ꝯueniūt: ⁊ ſic eas accipit Ari. p̊ ethicoꝝ. ⁊ iō fuit illic illa diuiſio ſufficiens cū de potētijs hūanis ſolum intēderet loq: hic aūt eſt inſufficiens cum de potē‑tijs anime ſilr̄ ſit hic determinandum: per hoc patet ad rationem ⁊ confirmationem ipſius.

¶ Scōm.n. dr̄ias p q̄s has ſeparāt ⁊ alie vr̄r ptes maiorē his dr̄iā hn̄tes de qb⁹ ⁊ nūc dcm̄ eſt. Vegetatiua aūt q̄ et plātis ieſt: ⁊ oīb⁹ vi‑uētib⁹: ⁊ ſenſitiua: quā neq̄ꝫ ſicut irrōnabilē: neq̄ꝫ ſicut rōnē hn̄teꝫ: ponet q̄s vtiq̄ꝫ facile.

**Quantuꝫ autem** ad 2am rōnem ciꝰ qd dōꝫ ſit in p̄cedentibus eſt dictũ: ⁊ ad ꝯplemētũ illius rōnis forte ꝯueniēs eſt addere illud qđ eſt fundamētũ ſecũdi modi rñdēdi: qꝛ nō eſt vlř veꝝ ꝙ ſenſibilia cōia ſint ſubta ꝑ ſe ſenſibiliũ ꝓpꝛioꝝ inq̃tum ſunt ſenſibilia: licꝫ de magnitudine videať eſſe ꝓbatũ: ⁊ ſi itelligereť abſolute ꝙ nec̃ario ſunt ꝯiuncta ſenſibilibus ꝓpꝛijs. ſ. magnitudo ⁊ figura numerus vel vnitas motus vř qes. iō ſunt ꝑ ſe ſubta ſenſibiliũ ꝓpꝛioꝝ ad itellectuꝫ ꝯmētatoris: hoc nō ſufficit. qꝛ vt ſuꝑius ꝓbatũ eſt a ſili ſuba eſſet ꝑ ſe ſenſibilis per ſenſuꝫ exterioreꝫ: videť igiť ꝓ ꝯplemento dōm eſſe ꝙ ia ſunt ꝯiuncta ſenſibilibus ꝓpꝛijs: vt ꝯmētator diĉ. ⁊ ad varietatē illoꝝ ſequitur ꝑ ſe varietas in actiōe que ꝓduciť a ſenſibili ꝓpͦ in ſenſuꝫ ſibi corrñdentē: ⁊ ita ſupplenͦ defendeť opīo ꝯmētatoris cũ 2o rñdēdi. Utrũ aũt ſenſibilia cōia ꝓpꝛias ſimilitudines in ſenſuꝫ ꝓducere poſſint nō apꝑet ex dictis ꝯmētatoris: neq̨ ciꝰ opm: iō quo ad h̄ idrñter videť poſſe dici cũ opione ꝯmentatoris. ¶ Reſtat ꝗ̃ pͦ ſoluere argumēta ꝯ opionē ꝯmētatoris. 2o que ſunt ꝯ 2m modũ reſpōdendi. ¶ Ad pm ꝯ opionē ꝯmētatoris. lꝫ non valeat ꝯña pa. qꝛ ſenſus cōis ꝑcipit opōneꝫ ſenſus exterioris: quã ſenſus exterior ꝑcipere non pōt: ꝯcediť tñ ꝙ ſenſibilia cōia nō ſentirenť ꝑ ſenſuꝫ cōeꝫ niſi pͥus ſentirenť ꝑ ſenſuꝫ exteriorē: ⁊ negať vlterius ꝯña. cũ inferť ꝙ ipſa nō ſunt ꝓpꝛia ſenſui cōi: ⁊ q̃re nō valeat pꝫ per vltimã ꝯneꝫ. ¶ Ad ꝯfirmatiōeꝫ negať ꝯña pa. Ad arm in opm dico pͦ ꝙ ēt color eſt ſenſibilis ab aͦ ſenſu lꝫ nō ab aͦ ſenſu exteriori. ¶ Dico 2o ꝙ magis color eſt ꝓpꝛiũ obꝫ viſus q̃ ſenſibilia cōia ſint ꝓpꝛia oba ſenſus cōis: ideo nō tꝫ oīo ſilitudo. ¶ Ad 2m arm negať añs. Ad arm in opm diciť hãc diuerſitatē in ꝓpoſito ſufficere: qꝛ ſenſus cōis ſenſibilia cōia diſtīcte a ꝓpꝛijs app̄hendere pōt: ſubam vͦ diſtincte ab accñte cōpꝛehēdere ad altiorē ꝑtinet v̄tutē. ſ. cogitatiuã vel itellectũ: q̃re ⁊c. ¶ Ad pm arm ꝯ ſcđaꝫ rōnē ex p̄cedētibꝰ pꝫ qd ſit dōm: qꝛ ſuba nō eſt neceſſario ꝯiuncta ſenſibilibus ꝓpꝛijs inq̃tum ſenſibilia ſunt: neq̨ ex ſube varietate ſeqť ꝑ ſe varietas in actione ſenſibilis ꝓpꝛij in ſenſum ipſius: q̃re ⁊c. ¶ Ad ſcđꝫ ſilř pꝫ: ꝯceſſo. n. vt argꝰ vř ꝓbare ꝙ color ad hoc vt ſit viſibilis nō reqrit figurã: hoc tñ nihil ē ꝯ ꝯceſſa. ¶ Ad tertiũ dř ꝙ idē argumētũ pōt ēt fieri ꝯ alios modos rñdēdi. Dico tñ ꝙ locus q̃tũ ad eſſe ciꝰ mãle nihil aliud eſt q̃ certa q̃titas: q̃tum aũt ad eſſe formale dicit certã relōnē in ꝯparatiōe ad locatũ q̃ non pōt ꝑcipi niſi ab itellectu vel v̄tute cogitatiua. ꝯcediť igiť ꝙ locus eſt ꝑceptibile a ſenſu: ſꝫ nō facit genꝰ ſenſibiliũ diſtinctũ a q̃titate: ꝑ ideꝫ dico de vbi ⁊ ſitu ꝙ q̃tuꝫ ad eē mãle nō dicũt aliqd diſtinctũ realiter a re ſenſibili ꝓpꝛia vel cōi vel a ſuba. q̃tum aũt ad eſſe formale dicũt certã relōneꝫ q̃ a ſenſu exteriori ꝯp̄hēdi nō pōt: ſꝫ ſolũ ab itellectu vel v̄tute cogitatiua. de itēſiōe aũt ⁊ remiſſiōe ꝯcediť ꝙ ſenſus exterior eã ꝑcipere pōt: ꝑcipit. n. viſus colorē tãq̃ intenſum vel remiſſuꝫ. ꝑcipit ēt tactus calitatē tanq̃ itenſam vel remiſſaꝫ: ⁊ ſic de alijs ſenſibus. ex hoc tñ nō ſeqtur eſſe aliud genus ſenſibiliũ cōiuꝫ p̄ter ſenſibilia noiata: cũ ſꝫ veritatē itēſio ⁊ remiſſio nō ſit aliud q̃ qualitas itēſa vel remiſſa. ¶ Et ſi dř ꝙ ad ſolũ itellm ꝑtinet cognoſcere qd ſit itēſio ⁊ cognoſcere aliquã q̃litatē eē alia itenſiorē. igiť hoc nō pōt ꝑcipi a ſenſu exteriori. ¶ Rñdetur ꝙ ſilř ad ſolũ itellm ꝑtinet cognoſcere qd ſit albedo cuꝫ a ſolo itellectu ⁊ nō a ſenſu ꝯpꝛehendi poſſint reꝝ qditates: tñ ſiĉ hec ē vã. viſus cogſcit albedinē: ita hec ē vã. viſus ꝯpꝛehēdit itēſionē ⁊ remiſſionē: qꝛ ꝯpꝛehēdit albedinē mō itēſiori ⁊ mō remiſſiori: nō tñ ex h̄ oꝫ ſenſum exteriorē ꝑcipere hãc q̃litatē eſſe alia itēſiorē aut remiſſiorē: cũ ſenſus exterior non cauſet ꝯpoſitionē neq̨ diuiſionē. ¶ Ad rōnes ꝯ 2m modũ rñdendi. ad pͥmaꝫ pꝫ ex p̄dictis. ¶ Ad ſcđaꝫ negatur ꝯña. ad ꝓbationē dico ꝙ illud non ſufficit duabꝰ de cauſis. Primo. qꝛ oꝫ ſupponere mediuꝫ ⁊ organũ eſſe ſenſibilia ſicut de ſenſibilibus cōibus ſuppoſitũ fuit. 2o qꝛ illa nō ſunt ꝯiuncta ſenſibilibus ꝓpꝛijs q̃ ſaltē ſentianť a ſenſu mediãtibꝰ ipſis. ſenſibilia vͦ cōia ſunt ſenſibilibus ꝓpꝛijs ꝯiuncta: vt pͥus eſt dictũ. ¶ Ad tertiũ ꝯceſſo ꝙ in certo caſu color motui ꝯiunctus aliaꝫ ſpēꝫ ꝑ ſe ꝓducit q̃ dũ ꝯiũgiť qeti: nō cōcludit argumētũ ꝯ itellectũ opionis q̃ negat ſenſibile cōe imutare ſenſum q̃tum ad ſpēm ipſius: nō autem negaret ipſum poſſe variare ſenſum q̃tũ ad nouã ſpēm ſenſibilis ꝓpꝛij: ſꝫ ꝯceſſo i certo caſu ꝙ color ꝯiũctus motui non aliã ſpēm ꝓducit nō ſeqť ex hoc ꝙ motꝰ nō diuerſificet aut ꝙ nō ſit aptus diuerſificare ꝑ ſe actōeꝫ i ſenſu: iō ⁊c. ¶ Ad aliud dico ꝙ motus ꝯiũctus colori. nullã ſpēm nouã iprimit in viſum p̄ter ſpēm coloris: ⁊ negať vlteriꝰ ꝯña cũ ifertur ꝙ nō oꝫ diuerſificare actionē in ſenſu: ſuffiĉ. n. ꝙ diuerſificet q̃tũ ad modũ actōis: q̃uis nō q̃tũ ad ſpēm ciꝰ. ¶ Ad vltimũ pͥmo pōt dici ꝙ nō eſt icōueniēs ſpēm coloris ex ꝯñti repñtare magnitudinē ꝑꝑ neceſſariã ꝯiũctionē quã hꝫ magnitudo cũ colore. pōt. n. ex ꝯñti repñtare motũ nō obſtãte ꝙ ſint diuerſoꝝ p̄dicamētoꝝ. 2o pōt dici vt cōiter cōcediť de itellectu ꝙ ipſe ſe ipm pōt cognoſcere nō ꝑ ꝓpꝛiaꝫ ſpēm repñtãteꝫ ipm vt videbiť in 3o. ita ꝑ cognitionē ſenſibilis ꝓpꝛij deuenit ſenſus in cognitōeꝫ magnitudis vř alteriꝰ ſenſibiľ cōis ſine a ſpē ipſiꝰ ſēſibiľ cōis repñtatia. ¶ Ad ꝯfirmatōeꝫ diceret ꝙ nō icōueīt ꝙ eadē ſpēs q̃litatis nō p̄ncipalř: ſꝫ ex ꝯñti aliqñ mom repñtet ⁊ aliqñ qeteꝫ: ſm ꝙ illa q̃litas aliqñ alteri ꝯiũgiť ⁊ aliqñ alteri.

**Reſtat nunc** vltimo tangere aliũ modũ ꝓbabileꝫ rñdēdi. ¶ Sit igiť pa ꝯ ad q̃ſituꝫ rñſiua. Senſibilia cōia nō ꝑcipiunť a ſenſu exteriori: ſed iteriori. iſta ꝯ. nō alř ꝓbať q̃ ex argumētis adductis ad ꝑtē negatiuã q̃ōnis. ꝓ ipſa fac̃ auctoritas ꝯmētatoris pͥus allegata. vꝫ. ꝙ illa ſenſibilia cōia ſunt propꝛia ſenſui cōi: ⁊ forte ꝯſiderãti ille modus rñdēdi nō minꝰ verꝰ iter ceteros apparebit. ¶ 2a ꝯ. lꝫ ita ſit: ſenſibilia tñ cōia ꝑcipi nō pñt a ſenſu iteriori niſi pͥus a ſenſibili ꝓpꝛio fcã immutatōe tã in ſenſu iteriori q̃ exteriori. ꝯ pꝫ ex p̄cedenti artiͦ ⁊ expiena docet. ſiue. n. teneamus ꝙ ſentianť a ſenſu cōi ꝑ coꝝ ꝓpꝛias ſpēs ſiue ꝙ nō ꝓducant ſpēs in ſenſum videť cōcluſionem habere veritatem.

**Ad auctoritatem** vͦ phi cũ dicit. tactui eni motꝰ aliqs ſenſibilis ⁊ viſui. dico ꝙ phs itellexit ꝙ motꝰ eſt ſenſibilis ſenſu iteriori propter imutationeꝫ factaꝫ a ſenſibili ꝓpꝛio in ſenſum tactus aut in ſenſum viſus. ¶ Ad commētatorem ꝙ ſenſibilia cōia ſunt ſenſibilia a ſenſu ſm ꝙ ſenſus cũ videať loq̃ de ſenſu exteriori. dico ꝯñr ꝙ itellexit ipſa eē ſenſibilia ꝑꝑ imutatōeꝫ factã in aliq̃ ſenſu exteriori ſꝫ ꝙ ſenſus ⁊ nō ſm ꝙ talis ſenſus: vt ſꝫ ꝙ viſus aut aliꝰ hmōi ⁊c. ¶ Ad aliã auctoritatē ꝯmētatoris ꝙ magnitudo nō ꝑcipiť niſi viſu ⁊ tactu: ꝯñr dico ꝙ itellexit magnitudinē nō percipi poſſe a ſenſu iteriori ꝑ imutationē factã a ſenſibili ꝓpꝛio



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

in aliũ exteriorẽ ſenſuꝫ q̃ꝫ in viſuꝫ aut tactũ: ⁊ ad hũc ſenſum referende ſunt ꝫ hũc modũ rñdẽdi oẽs auctates q̃ videnť ſonare ſenſibilia cõia p ſe ſentiri a ſenſu exteriori. ¶ Et ſi argť ꝙ tũc ſuba nõ eẽt ſenſibilis p accñs. ꝯñs ẽ ꝯ ſniaꝫ phi in 1°.2°.⁊ ꝑbať ꝯña. ſenſibilia cõia nõ ſunt ſenſibilia p ſenſuꝫ exteriorẽ. igiť a fortiori neqꝫ ſuba q̃ appellatur ſenſibile p accñs. tꝫ ꝯña. ⁊ aᵐ ꝫ opionẽ: q̃re ⁊c̃. ¶ Ad hoc rñdebitur in. q. ſequenti.

## His viſis reſpõdeť

ad argumẽta ꝑncipalia ſuſtinendo ꝙ ſenſibilia cõia poſſint ſẽtiri p ſenſũ exteriorẽ: qꝛ tenẽdo aliũ modũ loq̃ndi nõ oꝫ ſoluere argumẽta. ¶ Ad ꝑmũ negatur ꝯña: ſic̃ nõ ſeqť caliťas ignis ẽ p ſe ꝑductiua forᵉ ſubſtãtialis ignis. igť quocũqꝫ alio circũſcripto ꝑducere poſſet formã ſubalẽ ignis: caliťas. n. ignis nõ ꝑduceret igneꝫ niſi in vigore forᵉ ſubalis: imo neqꝫ de forᵃ ſubali tꝫ argᵐ: q̃ tñ ꝑncipaliť ꝯcurrit ad ꝑductionẽ ignis. ñ. n. poſſꝫ. ꝑducere ignẽ niſi mediãte caliťate tãq̃ꝫ ei⁹ iſtrõ: ſic̃ ẽt nõ ſeqť ſupficies p ſe hꝫ lõgitudinẽ: igť quocũqꝫ alio circũſcripto hret lõgitudinẽ. qꝛ circũſcripta liᵃ. cui ꝑ ieſt lõgitudo nullã lõgitudinẽ hret. vt notũ ẽ. pꝫ igiť ꝙ nõ valet ꝯña tã reſpectu ei⁹ cui pa°. ꝑncipaliť ꝯuenit q̃ꝫ reſpectu ſcđary ſubi. ¶ Et ſi argť ꝙ cuicũqꝫ ieſt aliq̃ pa°. p nãꝫ ei⁹ ſic̃ quocũqꝫ alio circũſcripto remanet ſubꝫ ita oꝫ pa°. remanere: ſꝫ eẽ ſenſibile ieſt ſenſibilibus cõib⁹ p nãꝫ coꝝ: qꝛ ieſt ſibi p ſe. igiť q̊cũqꝫ alio circũſcripto adhuc eẽnt ſenſibilia qđ erat ꝑncipale itẽrũ. ¶ Rñdeť ꝯcedẽdo ꝯñs ⁊ ꝯñaꝫ: ſꝫ vlteri⁹ nõ ſeqť ꝙ q̊cũqꝫ alio circũſcripto poſſent ſentiri: ſic̃ nõ ſequiť. certa q̃ꝫtitas vľ magnitudo celi q̊cũqꝫ alio circũſcripto ẽ viſibilis. igiť q̊cũqꝫ alio circũſcripto põt videri. naꝫ cũ ly ſenſibile ſiue viſibile dicat aptitudineꝫ ẽ añs veꝝ ⁊ ꝯñs falſuꝫ. ¶ Alr ⁊ logice rñr: ꝯcediť. n. a pte añ ꝙ q̊cũqꝫ alio circũſcripto adhuc magnitudo ẽ apta ſentiri: ſꝫ negatur tenẽdo a pte poſt ꝙ magnitudo ẽ apta ſentiri q̊cunqꝫ alio circũſcripto. ſic ẽt dř de ꝯñte. nã de ſenſu diuiſo cõcediť ꝙ q̊cũqꝫ alio circũſcripto poſſibile ẽ magnitudinẽ ſentiri: ſꝫ de ſenſu ꝯpoſito nõ ẽ veꝝ ꝙ poſſibile ſit magnitudinẽ ſẽtiri q̊cũqꝫ alio circũſcripto: iõ ⁊c̃. ¶ Ad 2ᵐ ꝯcediť ꝙ ſẽſibilia cõia ſnt ſenſibilia p ſe 2°. ſaltẽ p ſenſuꝫ exteriorẽ. vt dcm̃ ẽ in 4ᵃ ꝯnc. ¶ Ad arᵐ i oppoſitũ negať ꝯña ſic̃ ñ ſeqť: lõgitudo cõpetit ſupficiei p ſe 2°. igť ſupficies ꝯtinetur ſub liᵃ q̃ ẽ ei⁹ ſubꝫ ꝑmũ ſic̃ iferi⁹ ſub ſupiori. ¶ Itẽ pt dici lꝫ ſufficiat rñſio ꝑᵃ: ꝙ ſic̃ ſenſibilia cõia nõ ſentiunť a ſenſu exteriori ꝫ ꝙ ẽ talis ſenſus ſꝫ ꝫ ꝙ ſenſus: ita ꝯtinẽtur ſub obo ꝑ ſenſus exterioris ꝫ ꝙ ſẽſus ẽ. ⁊ nõ ſub obo ꝑ iſti⁹ vel iſti⁹ ſenſus. ¶ Ad tertiũ negať ꝯña. ſic̃ nõ ſeqť. ſupficies ẽ lõga pp aliqđ aliđ eẽntialiť ab ea diſtictũ. ſ. p lineã. igť nõ ẽ p ſe lõga. ¶ Ad ꝯfirmationẽ ꝯceſſo gr̃a argumẽti añte: negať ꝯña: cã võ q̃re dici debeãt ſenſibilia p ſe declarata ẽ ꝑus. ¶ Ad q̃rtũ ꝯcediť ꝙ ſenſibilia cõia ſint p ſe ſenſibilia i 2°. ꝑſeitatis. ¶ Ad arᵐ i oppoſitũ dř minorẽ ñ vľr eẽ verã: ⁊ maxie cũ fuerit ſubꝫ cui illa pa°. ꝯpetit p ſe 2°. ⁊ nõ p ſe ꝑ. ¶ Ad aliđ ꝑncipale pt ꝑ dici negãdo cõſequẽtiã: ſꝫ ſolũ tꝫ de his qb⁹ ꝯpetit aliq̃ pa°. p ſe ꝑ: ſenſibilib⁹ võ cõib⁹ nõ ꝯpetit eẽ ſenſibile p ſe ꝑ: vt pꝫ. Aliter dici poſſet ꝙ lꝫ certa magnitudo celi nãľr nõ poſſet ſentiri. ſ. iᵃ q̃ nõ ẽ luminoſa: tñ ꝯcedẽdũ ẽ ꝙ ipſa ẽ ſenſibilis: qꝛ per nãꝫ ſuã hꝫ aptitudinẽ ad ſentiri. nã ſi p poſſibile ſibi ꝯiungereť color aut lux aut aliqua tangibilis qualitas: poſſet ſentiri per ſenſum viſus aut tactus.

## Ad aliud principale

ꝫm ꝑmã ꝯnẽ articli ꝑcedẽtis negaretur ꝯña: ſꝫ tenẽdo ſcđaꝫ ꝯnẽ negať añs. ¶ Ad auctatẽ ꝯmentatoris i oppoſitũ videbiť i ſeq̃ntib⁹ q̃lr ſit itelligẽda. Aliqui tñ ſic itelligũt illã auctatẽ. oẽ recipiẽs dꝫ eẽ ⁊c̃. i. realr dfť a recepto: mediũ. n. vel organũ qđ recipit ſpẽꝫ alicui⁹ realr dfť ab illa ſpẽ ⁊ ab obo illã ſpẽm ꝑducẽte. ⁊ ſic itelligẽdo faciľr ſoluiť argumẽtũ. ¶ Ad ꝑmã ꝯfirmationẽ dř ꝙ q̃ꝫtitas nõ ẽ de vtutib⁹ actiuis actiõe reali ⁊ corruptiua: ⁊ ꝫ itellexit ꝯmtator 4°. phy. tñ põt eẽ de vtutib⁹ actiuis actiõe ſpũali. ¶ Ad ſcđaꝫ ꝯfirmationẽ cõceſſerũt aliq ꝙ ſpẽs magnitudis ẽ eiuſdeꝫ gnĩs: imo eiuſdeꝫ ſpẽi cũ ipſa magnitudie: ⁊ nõ iconuenit vt dicunt mediũ aut organũ ſẽſus magnitudinẽ realr hñs magnitudinẽ recipe i ſe ꝫm eẽ ſpũale. Sꝫ ꝫ vř irrõnale: ſi. n. ſpẽs magnitudis aut corpeitatl aut ſupficiei i oclo recepta ſit ſupficies aut corpeitas ſeqť icõueniẽs mãifeſtũ vt arguebať ꝑ⁹: nꝫ ſcipaꝫ itelligit hᶜ rñſio cũ dicit ſpẽm illi⁹ magnitudis eẽ eiuſdẽ ſpẽi cũ ipſa magnitudie: ⁊ tñ mediũ recipe illã ſpẽm ꝫm eſſe ſpũale ⁊ nõ ꝫm eẽ reale. ¶ Alr q̃ dicit ꝯcedendo ꝙ ſpẽs magnitudis eſt de ꝑdicamento q̃litatis.

## Ad argumentum

in oᵐ q̃cquid ſit de añte negať ꝯña. puto tñ q̃litateꝫ eſſe ꝑductiuaꝫ p ſe q̃ꝫtitatis ſaltẽ mediate: qꝛ caliditas calefaciẽdo eſt p ſe rarefactiua: ⁊ per ꝯſequens noue quãtitatis productiua. igitur ⁊c̃. ¶ Ad confirmationem dř ꝙ lꝫ q̃litas nõ ſit eẽntialr ꝯformis q̃ꝫtitati: põt tñ eſſe eidem cõformis repñtatiue: ſic̃ ille termin⁹ vocaľ hõ aut ꝯcept⁹ mẽtalis ſignificãs hoieꝫ eſt ꝯformis hoi tanq̃ꝫ ꝓprio ſignificato: cũ tñ termin⁹ vocalis ſit q̃litas de 3ᵃ ſpẽ ⁊ ꝯceptus mentalis ſit q̃litas de prima ſpecie qualitatis: homo vero ſit ſubſtantia. igitur ⁊c̃.

## Ad aliud

ꝑncipale dixerunt q̃dam ꝙ q̃ꝫuis vnitas ſit idiuiſibilis tñ eſt i aliq̃ diuiſibili ibeſiue. tale aũt idiuiſibile nõ icõuenit poſſe p ſe ſentiri: ſed ꝫ videť irrõnale. a pari. n. ſeq̃reť ꝙ pũct⁹ exñs iliᵃ eẽt p ſe ſenſibilis: qđ eſt icõueniẽs. pꝫ ꝯña. per ſileꝫ rõnẽ. ¶ Alr q̃ dř vt viſuꝫ ẽ in q̃õne ꝙ nũer⁹ formalis nõ ẽ ſenſibilis p ſenſuꝫ exteriorẽ. imo neqꝫ forte pceptibiľ p aliaꝫ vtutẽ q̃ꝫ per itellectũ vel vtutẽ cogitatiuã. nũerus ãt mãlis põt a ſenſu exteriori ꝯꝑhendi: nõ tñ p nũa ſpẽm ab ipſo nũero ꝑductã ꝑter ſpẽm ſenſibilis ꝓpꝛij aut alteri⁹ ſenſibilis cõis. ¶ Ad formã tñ argumẽti negať: illa ꝯña: nũer⁹ eſt cõpoſit⁹ ex ſenſibilib⁹. igiť nõ ẽ p ſe ſenſibil. q̃lꝫ. n. magnitudo q̃ꝫtũcũqꝫ magna cõponiť ex ptib⁹ nũero finitis: ita puc q̃ꝫtitatis ꝙ q̃libet illaꝝ p ſe ſolã ſentiri non põt: tñ tota magnitudo eſt p ſe ſenſibilis. iõ ⁊c̃. ¶ Ad aliđ ꝑncipale: negať ꝯña: cõceſſo añte ad cõeꝫ itellectũ. ¶ Et ſi argť ſic. cuilꝫ opationi ſenſus corrñdere dꝫ aliqđ adeq̃tuꝫ obm. ſi igiť viſus vidꝫ motũ ſeqť ꝙ aliqs mot⁹ vľ aliqua ps ei⁹ adeq̃te videť ꝫm ſe ⁊ q̃ꝫlibet ptẽ ſui: ꝯñs ipoſſ: cuꝫ aliq̃ ps ei⁹ ſit ꝑterita ⁊ aliq̃ futura. ¶ Ad ꝫ ꝑbabiľr rñdeť ꝙ maior ſolũ eſt va de opatiõe ſenſus reſpcũ obi p ſibi corrñdẽtis: reſpcũ aũt ſcđary q̃le ẽ mot⁹ nõ oportet. ¶ Ad ꝑmã ꝯfirmationẽ lꝫ aliq de vtute ſermõis ꝯcederent minorẽ. qꝛ iſtãs nõ põt eſſe mẽſura tpis. ad cõem tñ itellectuꝫ negari põt. mot⁹. n. ꝫm idiuiſibile ſui põt eẽ in iſtãti lꝫ nõ ꝫm aliquã ptẽ adeq̃te. illud tñ idiuiſibile non eſt pceptibile a ſenſu. ¶ Aliq tñ dixerũt ꝙ lꝫ mutatũ eẽ mot⁹ eẽt idiuiſibile ꝫm durationẽ: tñ ẽ diuiſibile ꝫ magnitudinẽ: ⁊ p ꝯñs inq̃ꝫtuꝫ diuiſibile põt ſentiri: ⁊ ꝯñr motus rõne mutati eſſe. ¶ Sꝫ hec rñſio vř dubia: qꝛ mutatũ eſſe qđ eſt diuiſibile ꝫ magnitudineꝫ nihil aliđ eſt q̃ꝫ ipſa q̃litas aut q̃ꝫtitas aut vbi diuiſibile: p tale aũt mutatũ eſſe in iſtãti nõ repñtať mot⁹. igiť ⁊c̃. hoc arᵐ eſt ꝑbabile. ¶ Iteꝫ fiat arᵐ de motu formalr accepto ⁊ erit magis apparẽs. ¶ Ad ſcđaꝫ ꝯfirmationem ſilr negať ꝯña: ⁊ cũ iferť ꝙ ſenſus exterior ꝯꝑhendit ꝑteritũ negať ꝯña: dico. n. ꝙ dũ ſenſus exterior vt viſus gr̃a exẽpli. ꝯꝑhendit ꝫ mobile in a. vbi repñtať ideꝫ mobile ſenſui iteriori in eodeꝫ vbi: ⁊ ꝯñr reſuať ſpẽs in vtute iteriori: nũc aũt viſus ꝯꝑhendẽs ꝫ mobile in b. vbi pp ſpẽꝫ reſuataꝫ in



vtute iteriori p quã ſenſus interior apphendit ꝫ mobile ꝑus fuiſſe in a. vbi apphendit modũ h⁹ mobilis. Ex ꝫ ſequiť ꝙ lꝫ viſus ſubito occurrẽs corpori colorato qđ moueť ſubito apphenderet ei⁹ magnitudineꝫ figurã ⁊ colorẽ nõ tñ ſubito ei⁹ motũ apphenderet: ſꝫ ei⁹ apphenſio in tpe gnãť. Et cũ dř cõiter ꝙ vi°. fit in iſtãti dř ꝙ illđ eſt verũ de viſione rei pmanentis: ſꝫ nõ oꝫ de viſiõe rei ſucceſſiue. ¶ Ad aliã ꝯfirmationeꝫ poſſet ꝑ negari. ꝯña ꝑᵃ. ſꝫ ſi velis defendere motũ eſſe ꝓpe ſpẽi ꝑductiuũ põt dici in caſu illo ꝙ lꝫ recipiať ſpẽs mot⁹ in oculo: iᵃ tñ ipediť a ꝓpria repñtatiõe obi ſui pp aᵐ motũ eq̃ velocẽ: aut ꝙ in caſu°. ſenſus viſus pp ꝑdcãꝫ cãm nõ recipit ſpẽꝫ mot⁹: ꝑmã tñ rñſionẽ puto magis verã. ¶ Ad aliud ꝑncipale neᵃ eſt ꝯña vt patuit p tertiã ꝯnẽ. ¶ Ad ꝯfirmationẽ ſilr negať ꝯña. ¶ Ad vltimũ ꝯceſſerũt aliq ꝙ oĩa ꝑdcã ſunt ſenſibilia cõia: ſꝫ aliq̊ mõ reducunť ad. 5. noĩata: ſꝫ q̃cq̃d ſit de ꝯne illoꝝ nõ vř modus q̊ ꝑdicta ſenſibilia cõia ad. 5. noĩata poſſint reduci: mihi tñ vř ꝙ grauitas ⁊ leuitas: aſpitas ⁊ lenitas: durities ⁊ mollities: ſint ſenſibilia ꝓpria ſenſus tactus: q̃ꝫuis nõ ꝑ ſꝫ ſcđario: ⁊ cũ dř ꝙ viſus hec oĩa ꝯphẽdit negať illud: ſꝫ ita ꝯtingit vt cõiter dicim⁹ de hoie cõꝑhẽdente p viſuꝫ dulcedinẽ lactis. cũ. n. tetigi rẽ grauẽ aut durã p viſuꝫ ꝯphẽdi ei⁹ colorẽ fiᵃᵐ opacitatẽ ⁊ cetera ꝯꝑhẽſibilia a viſu: deide duꝫ res illa offerť viſui p ſpẽs iterius reſeruatas ſenſus iterior iudicat de illi⁹ grauitate duritie ⁊ aſperitate. Siqs aũt diceret hᶜ ſenſibilia: noĩata nõ ſentiri a ſenſu exteriori ſꝫ ab iteriori tm̃. vt ꝑus dcm̃ ẽ de aliys. 5. puto nõ eẽ male dcꝫ. ¶ Ad ꝯfirmationẽ ꝯceditur ꝙ vnitas ẽ p ſe ſenſibilis ſic̃ ⁊ nũer⁹: ſꝫ p numeꝝ phs itellexit numeꝝ ⁊ vnitatẽ. ⁊ ſic eſt finis q̃õnis.

¶ Scđꝫ accñs ãt dř ſẽſibile: vt ſi albũ ſit Diarij fili⁹: ꝫ accñs etenim hoc ſentiť: q̃m accidit albo hoc qđ ſentiť. vñ nihil patiť ꝫm ꝙ hmõi eſt a ſenſibili. Senſibiliũ ãt ꝫm ſe ꝓprie ꝓpria ſenſibilia ſunt: ⁊ ad que ſuba apta nata eſt: vniuſcuiuſqꝫ ſenſus. Tex. cõmen. LXV. Q̃õ. XVI.

**Queritur** ſextodecimo. vtꝝ ſuba ſentiri poſſit a ſenſu exteriori. Ad ptem affirmatiuã argť ꝑ ſic. ſuba eſt ſenſibile p accñs a ſenſu exteriori. igiť ⁊c̃. aᵐ pꝫ de mẽte phi in 1°. 2°. vbi dicit. qđdã eẽ ſenſibile p accñs vt diarij filius: cũ igiť de ſenſu iteriori nõ adhuc loq̃reť ſꝫ de exteriori tm̃: vř ꝙ voluerit ſubãm p accñs ſentiri a ſenſu exteriori. ¶ 2°. ſenſus exterior põt decipi circa ſubaꝫ. igiť iᵃᵐ apphendere põt. tꝫ ꝯña. cũ errare ſiue decipi ſit falſe apphendere: ſꝫ ſeqť. ſubaꝫ falſe ꝯꝑhendit ſenſus. igiť ſubaꝫ ꝯꝑhẽdit. ꝑterea error ⁊ va apphẽſio eiuſdẽ rei ꝑuatiue opponũť: ſꝫ ꝑuatiue oppoſita hñt fieri circa ideꝫ. igiť ſi ſenſus exterior põt circa ſubaꝫ errare poterit illã ve ꝯꝑhẽdere. ꝑterea nõ diceremus ſenſuꝫ poſſe errare circa q̃ditates aut diffõnes reꝝ: cũ a ſenſu ꝯꝑhẽdi nõ poſſint ſꝫ a ſolo itellectu. aᵐ võ ꝑncipale ẽ Ariſ. cum dicit. nõ decipiť: q̃m color neqꝫ q̃m ſon⁹: ſed q̃d coloratuꝫ aut vbi aut q̃d ſonãs. ¶ 3°. ad ideꝫ ẽ ꝯmẽtator 2°. hui⁹ ꝯᶜ°. 63. cum dicit ſenſus cum apprehendunt ſenſibilia ꝓpria cõꝑhendunt itentiões idiuiduales diuerſas in gnĩb⁹ ⁊ ſpẽb⁹: cõꝑhendũt igiť itentionẽ huius hois idiuiſibilis ⁊ itentionẽ hui⁹ eq̃ idiuiſibilis. ¶ 4°. niſi ſenſus exterior poſſet apphendere ſubaꝫ: ſeqť ꝙ oẽs ille ꝓpõnes eẽnt impoſſibiles. q̃ tñ cõiter concedunť. vꝫ. turris videť: cãpana audiť: pomũ odorať: lignũ tãgiť: ⁊ vinuꝫ guſtať: ꝯña ẽ de ſe manifeſta. ¶ 5°. oẽs iſte ꝓpõnes ſunt p ſe ve albuꝫ ẽ viſibile: dulce ẽ guſtabile: calĩn vel friduꝫ eſt tãgibile: ſꝫ oẽ albũ dulce calm ⁊ friduꝫ eſt ſuba. igiť ⁊c̃. ꝯña nota cũ minori ⁊ maior vř cõiter ꝯceſſa. Immo dicunt q̃dã ꝙ color nõ eſt ꝓpriũ obꝫ viſus ſꝫ coloratũ: ⁊ ſic ꝓportionabiľr de aliys ſenſib⁹ ꝓprys dixerũt. vel arguať ſic. ꝫ albũ vř demonſtrato lapide albo. igiť ꝫ vř. tꝫ ꝯña ab iferiori ad ſuperi⁹ affirmatiue ⁊ ſine diſtributiõe aᵐ eſt poſſe. igiť ⁊ ꝯñs ⁊ ſeqť vltra. ꝫ vř igiť lapis vř. ⁊ per ꝯñs ſuba põt videri. ¶ 6°. ſuba ꝑncipalr ꝯcurrit ad cãndã ſpẽꝫ ſenſibilẽ in ſenſuꝫ exteriorẽ. igiť ⁊c̃. aᵐ ꝑbať. qꝛ alr dato oppoſito ſequereť ꝙ q̃litas ſenſibilis illã ſpẽꝫ de p ſe cãret. ꝯñs vř falſũ. qꝛ vt cõiter dř: nᵃ q̃litas aut aliđ accñs pt aliquẽ effectũ ꝑducere niſi directa ab aliq̃ ſuba ſiue a forᵃ ſubali. igiť ⁊c̃.

## In oppoſitum

argť ꝑ ſic. ſuba nõ põt cõꝑhẽdi a ſẽſu exteriori aĩalis bruti. igiť neqꝫ a ſenſu hois. tꝫ ꝯña. cũ quilꝫ ſenſus exterior ꝑter tactũ pfectior repiať in aliq̊ aĩali bruto q̃ꝫ i hoie. viſus. n. in aq̃la pfectior eſt q̃ꝫ in hoie: odorat⁹ ẽt i cane pfectior exiſtit. aᵐ võ colľr de mẽte ꝯmẽtatoris 2°. h⁹ ꝯᶜ°. 63. cũ diť. poſt vba allegata ad ptẽ negatiuã: ⁊ ꝫ vř eſſe ꝓpriũ ſenſibus hois: ⁊ p ꝯñs ꝫ cũ: itentiões idiuiduales h⁹ hois aut h⁹ eq̃ nõ ꝯphendunť a ſenſu exteriori aĩalis bruti ⁊ a fꝛi nlľa aᵃ ſubſtãtia põt ab eo ꝯphẽdi. ¶ 2°. data pte affirmatiua ſeqť ꝙ mãꝑᵃ põt ſentiri a ſenſu exteriori. ꝯñs vř impoſſibile: ⁊ ꝑbať ꝯña: ſit ad imaginationẽ mã ꝑᵃ ſine forᵃ ſubſtãtiali extẽſa tñ mediãte q̃ꝫtitate: ⁊ hñs in ſe fiᵃᵐ ⁊ albedinẽ quã hẽbat q̃ñ erat ſub forᵃ ſubſtãtiali: ⁊ ꝫ aduerſariũ ſeqtur ꝙ ꝫ albũ vř: ⁊ ꝫ albũ nõ ẽ niſi hᶜ mã alba: vt pꝫ ex caſu. igiť hᶜ mã vř: ⁊ p ꝯñs mã ꝑᵃ ſentiť a ſenſu exteriori. ¶ 3°. ſenſibilia cõia nõ pñt ſentiri a ſenſu exteriori. igiť nec ab eodeꝫ põt ſubſtãtia ſentiri. ꝯña tꝫ. cuꝫ ſenſibilia cõia dicanť ſenſibilia p ſe: ſubſtãtia võ p accñs: ⁊ añs pꝫ ꝫm vnã opionẽ tactã in ꝑcedenti. q.

## In iſta queſtione

ꝑ defendeť ps affirmatiua q̃õis. 2°. negatiua. videtur. n. iſta q̃õ ad vtrãqꝫ ptẽ hrẽ ꝑbabilitatẽ. eligat võ q̃lꝫ partem que ſibi potior videtur.

## Quantum ad

ꝑmũ defendẽdo ptẽ affirmatiuã rñdeť ad argumenta q̃ adducunť in oᵐ. ¶ Ad ꝑmũ negať añs. Ad ꝯmẽtatorẽ dico ꝙ itellexit ꝙ ꝓpriũ ẽ ſenſibus hois. ſ. iterioꝛib⁹ ꝯphendere idiuiduũ de ꝑdicamẽto ſube diſticte ⁊ ſepatiꝫ a quocũqꝫ alio accñte: vt pꝫ: ex vbis illi⁹ ꝯmẽti cũ ſubdit ꝙ hec ẽ illa iten°. idiuiſibiľ quã diſtiguit vtus cogitatiua a forᵃ imaginatiua: cũ ꝫ tñ ſtat ꝙ ſenſus exterior ſubaꝫ ꝯphẽdere poſſit ꝯfuſe ⁊ i ꝯcreto ſiľ cũ accñte ei⁹ vt ꝙ viſus ꝯꝑhẽdat hoc albũ ⁊ guſt⁹ hoc dulce: ⁊ ſic de aliys. ¶ Ad 2ᵐ ꝯcediť ꝯñs: ⁊ ꝯña. Ad cõe dcm̃ rñdeť ꝙ veꝝ ẽ mãꝫ ꝑmã ꝫ ſe abſolute acceptã eẽ iſenſibilẽ: cũ ꝫ tñ ſtat illã accñti ꝯiũctã eẽ ſenſibilẽ p accñs. ¶ Ad 3ᵐ negať añs: ⁊ ꝯñr ꝫ hãc ptẽ negareť ille vltim⁹ mod⁹ rñdẽdi q̃ tãgebať q̃õe i ꝑcedẽti.

## Quantum ad

2ᵐ tenendo ptẽ neᵃᵐ rñdeť ad arᵃ in oppoſitũ. ¶ Ad ꝑmũ dř ꝙ ſuffic̃ ad mẽteꝫ Ax. ſubaꝫ eſſe ſenſibilẽ a ſenſu iteriori. ſic tñ ꝙ ipſa p accñs eſt ꝯiũcta ſenſibili ꝓprio qđ ſentiť p ſenſuꝫ exteriorẽ. ¶ Ad ſcđꝫ negať añs. Ad ꝑbatõꝫ rñdetur ꝙ ſuffic̃ ad mentẽ Ax. ꝙ ſenſus iterior decipiať diſtiguendo ſpẽm ſube a ſpẽ accñtis: pp repñtationẽ ſibi fcãꝫ a ſenſu exteriori: vt vbi gr̃a. ſi pñtať ſor. oĩo ſiľis pla. q̃ ad colorẽ q̃ꝫtitatẽ ⁊ figurã. ſenſus exterior hec oĩa ꝯphẽdit: ⁊ hec oĩa repñtanť ſenſui iteriori: ⁊ qꝛ ſunt oĩo ſiľia accñtib⁹ pla. ſenſus iterior vt vtus cogitatiua decipiť i iudicãdo hoc idiuiduũ eẽ pla. ¶ Ad auctoritates ꝯmentatoris rñdeť ipm nõ aliud velle niſi ꝙ p ſenſus exteriores tãq̃ꝫ p meᵐ neĉiũ ꝯꝑhẽdunť a ſenſib⁹ iterioꝛib⁹ itentões idiuiduales vt itentio hois ⁊ eq̃: ⁊ ſic de ſiľib⁹. ¶ Ad q̃rtuꝫ ꝯcediť ꝯñs: ⁊ ꝯña. Ad cõem modũ loq̃ndi rñdeť ꝙ p illã



Universidad de Salamanca. BGH

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ppōnē.turris videt̃.itelligit̃ colorē ei⁹ videri ꝓprie loq̄ndo.per illā.cāpana audit̃.ꝙ ſon⁹ ꝓduct⁹ a cāpana audit̃: p illā.pomuꝫ odorat̃.ꝙ odor pomi odorat̃.⁊ ſilr̃ de alijs. ⁋ Ad q̄ntū negat̃ aña:ſꝫ ille ſūt p ſe v̓c. albedo ē viſibil'. dulcedo eſt guſtabilis ⁊c̃. ⁋ Ad ꝯfirmationem ꝓbabilr̃ negat̃ aña de v̓tute ſmōis.ꝯcedit̃ tñ ꝓbabilr̃ ꝙ poſſe eſt videri hoc albū:ſꝫ nō ſeq̄t̃ vlteri⁹ videt̃ hoc albuꝫ.igit̃ ħ albū videt̃:cū in añte ly.hoc albū appellet formā: ⁊ vlterius nō ſeq̄t̃:videt̃ hoc albū.igit̃ ħ videt̃.p idē fundamētū. ⁋ Ad ſextū negat̃ aña.ad ꝓbationē ꝯcedit̃ illa ꝯclo. ⁊ hoc nō icōuenit actiōe ſpūali: q̄uis vt aliq dicūt id eēt icōueniens actiōe reali:⁊ ſic eſt finis q̄ōnis.

## ⁋ Nō āt oīa viſibilia ſūt in lumie ſꝫ ſolū vniuſcuiuſq; pri⁹ color. Tex.cō.LXXII.q̄ō.XVII.

Queritur .i7°.vtꝝ color ſit p̄mū ⁊ adeq̄tū obꝫ viſus.ꝙ nō argr̃ p̊ ſic.nec color v̓lis nec p̄ticl'aris eſt p̄m ⁊ adeq̄tū obꝫ viſus. igit̃ ⁊c̃. ꝯña nota ē a ſufficiēti diuiſiōe.⁊ a$^{m}$ p̊ pꝫ. de colore p̄ticl'ari.nā q̄cūq; dato p̄ter illū ali⁹ ē viſibilis ⁊ eq̄ p̄ncipalr̃ ſicē iſte.igit̃ ⁊c̃.De colore v̓o v̓li q ē gen⁹ ad oēs colores argr̃ ſic.color v̓lis nō ē viſibile.igit̃ nō ē p̄m ⁊c̃.ꝯña de ſe pꝫ.iplicaret.n.ꝯdictionē aliq̄d eē obm viſus ⁊ tñ poſſe videri.⁊ a$^{m}$ pꝫ z°.de aīa i°.c°. diuidēdū aūt de po^a ⁊ actu:vbi pħs ponēs dr̃iaꝫ iter ſenſum ⁊ itellm̃ dic̃ ſenſuꝫ eē ſolū p̄ticulariū:itellm̃ v̓o v̓liū. ⁋ z°.lux p̄ncipali⁹ ē viſibilis q̄ꝫ color.igit̃ color nō ē obꝫ p̄mū viſus.pꝫ ꝯña.cū illud dicat̃ p̄mū obꝫ alicui⁹ po^e cui p̊ ꝯpetit opō eiuſdē.a$^{m}$ argr̃.lux pōt videri ſine colore:color v̓o nō ſine luie.q̄ð ē effect⁹ luci.igr̃ ⁊c̃. ⁋ Cōfirmat̃ niſi ad gn̄ationē coloris cōcurreret ꝑmixtio lucis n°.mō color videri poſſꝫ.igit̃ ⁊c̃.a$^{m}$ pꝫ.cū.n.ad gn̄ationē coloris cōcurrat actio q̄litatū p̄maꝝ ⁊ ꝯmixtio lucidi cū opaco.pꝫ. ꝙ nullū iſtoꝝ ē ꝑceptibile ſenſu viſus p̄ter lucidū ſiue lucē. ⁋ 3°.ſi color eēt adeq̄tū obm viſus:tūc p̄dicaret̃ de oib⁹ q̄ p̄nt p ſe videri:ſicͤ p ſe ſupius de ſuo iferiori:ꝯñs tñ ē falſū.q̄r nō p̄dicat̃ de luie ſiue de luce.ñ ēt p̄dicat̃ de viſibili inoiato.igr̃ ⁊c̃. ⁋ R̄ndet̃ cōiter ꝙ color q ponit̃ obꝫ adeq̄tū viſus:nō ē color ꝓp̄e ſumptus:ſꝫ aliq̄d cōe ad colorē ꝓp̄e ſumptū ⁊ ad lucē:tale aūt cōe q̄uis inoiatū pōt p̄dicari de luce tāq̄ꝫ p ſe ſupi⁹ de ſuo iferiori. ⁋ Sꝫ ꝯ. tale cōe ñ ſaltē p̄dicat̃ d̓ lumie ⁊ de viſibilib⁹ inoiatis de q̄bus facit Ariſ.mētionē in textu: vel ſi accipiūt ſic r̄ndentes aliq̄ð cōe oib⁹ his:de hoc tñ nullā fecerūt mētionem. ⁋ z°.tale cōe nō ſaltē p̄dicat̃ de magnitudie ⁊ fi^a q̄ tñ ſūt ſenſibilia per ſe ſenſu viſus:vt pꝫ i°.ca°.Dōm aūt ſm vnūquēq; ſenſuꝫ.nibil.n.pōt eſſe cōe vniuoce ad rē p̄dicamēti q̄ꝫtitatis ⁊ rē p̄dicamēti q̄litatis:magnitudo āt ē q̄ꝫtitas color āt vel lux q̄litas.igit̃ ⁊c̃. ⁋ P̄.obꝫ ꝯpatū alicui po^e ſenſitiē dꝫ eē vnū ſꝫ illi⁹ po^e vnitatē.igit̃ lꝫ eēt aliq̄ð cōe ad magnitudinē colorē vel lucē nō eēt obm po^e viſiue.tꝫ ꝯña.cū ſpēs viſiua ſit vna ſꝫ ſpēꝫ aut gen⁹:tale aūt obꝫ ſolū eēt analogice vnū. ⁋ 4°.color nō ē p ſe viſibile. igr̃ ⁊c̃. tꝫ ꝯña de ſe.⁊ a$^{m}$ argr̃.q̄r color ē viſibile p alið.ſ.p lum̄.itē p ſpēs ei⁹.igit̃ ⁊c̃. ⁋ Itē ſi color ē p̄mū obm viſus ſeq̄t̃ ꝙ po^a viſi^a nō ē vna vnitate ſpecifica:ſꝫ generica.vnde ꝯñs cōiter putat̃ irrōnale:⁊ ꝯña ꝓbat̃:po^e ſenſitiue diſtiguuntur p ſuoꝝ oboꝝ diſtictionē:⁊ vniunt̃ p ipſoꝝ vnionē: vt vr̃ velle pħs i i°.z°.igit̃ nō ē maior ſiue ꝑfectior vnitas in v̓tute ſenſitiua q̄ꝫ i obo:ſꝫ color ita ē vnū vnitate gn̄ica ꝙ nō ē vnū ſꝫ ſpēꝫ ſp̄aliſſimā.igit̃ ſilr̃ po^a viſi^a ē vna vnitate gn̄ica tm̄.tꝫ ꝯña.cū vnitas ſpecifica ſꝫ ſpēꝫ ſp̄aliſſimaꝫ ſit ꝑfectior.ceteris ꝑibus vnitate gn̄ica vt oēs concedūt. ⁋ Itē ſi color ē p̄mū ⁊c̃. aut igit̃ mouet̃ a viſu duꝫ vr̃ ab eo:aut mouet viſuꝫ:nō mouet̃ a viſu:q̄r ſenſus nō agit in ſenſibile ſꝫ doctrinā pħi i i°.z°. nꝫ color mouet viſū: q̄r cū oē mouēs ſit nobili⁹ moto ⁊ actiuū paſſiuo:vt coll'r de mēte pħi 3°.h⁹:ſeq̄t̃ colorē eē viſu nobiliorē:q̄ð cōiter reputatur irrōnale. Itē argr̃ ſic.viſus ē p ſe tenebre ꝑceptiuus:q̄ tñ nō ē color ſtricte nꝫ large ſūpt⁹.igr̃ ⁊c̃.tꝫ ꝯña.⁊ a$^{m}$ ē Ar z°.h⁹.ca°.de odore.vbi.d.ꝙ ſicͤ ē viſus viſibil' ⁊ ñ viſibil'.ſ. tāq̄ꝫ ei⁹ obi:⁊ audit⁹ audibil' ⁊ ñ audibil':ita olfat⁹ ē odorabilis ⁊ nō odorabil':⁊ p ñ viſibile ⁊ ñ audibile vno°.itellr̃ tenebra ⁊ ſilētiū:vt expoſitores volūt. ⁋ Itē aer ⁊ ꝑs celi ñ lumīoſa ē viſibile:⁊ tñ neutrū iſtoꝝ ē color aut lux:nꝫ lucidū aut coloratū.igit̃ ⁊c̃.tꝫ ꝯña.⁊ a$^{m}$ ē pħi z°.h⁹ c°.d̓ viſu cū pōit diffōnē diaphāi dicͤ ꝙ diaphanū ē corp⁹ viſibile ñ q̄dē ſꝫ ſe ſꝫ ꝑꝑ ex̄neū colorē.hꝫ āt ſunt aer ⁊c̃.⁊ p ex̄neū colorē vt cōiter dr̃ itellexit lum̄ extriſec⁹ ꝓductū a corpe lumioſo. ⁋ Ultio argr̃ ſic.imago i ſpeculo vr̃ q̄ tñ nō eſt color large neq; ꝓp̄e ſumptus:vt de ſe notū eſt. igit̃ ⁊c̃.

## In oppoſitum

eſt ſnia pħi z°. hui⁹ ca°.de viſu dicētl.cuius q̄dē eſt viſus hoc eſt viſibile. viſibile aūt eſt color ⁊c̃.

## In iſta queſtione

erūt duo articl'i. In p̊ ponent̃ q̄dā p̄ambula vtilia ad māꝫ de po^a viſiua. In z°.decidet̃ q̄ō p̄ncipalis.

## Quantum ad primuꝫ

ponā p̄us q̄ſdaꝫ termioꝝ deſcriptiōes.Prima deſcriptio eſt iſta.Corp⁹ diaphanū eſt corpus viſibile non ſm ſe ſed ꝓpter extraneum colorem.colligitur hec diffinitio ab Ariſto.z°.huius.capitulo de viſu. itelligit̃ tñ ſm cōiter exponētes ħ mō ꝙ corp⁹ diaphanū eſt corp⁹ viſibile nō ſm ſe.i.nō p ꝓpriū colorē: ſꝫ p colorē extraneū.i.p lumen ab extriſeco receptū: q̄ð tñ lumen in ꝓprie vocat̃ color.dr̃ aūt lumen i aere vel alio corpe diaphano receptū nō ꝓprius color ipſius diaphani: q̄r ꝯtiue depēdet i eſſe ⁊ ꝯſeruari ab extriſeco corpe luioſo ⁊ in abſen^a corpis luioſi.corp⁹ diaphanū nō ē ſm aliquē graduꝫ itenſuꝫ ſiue remiſſū ſui luis ꝯſeruatiuū. dr̃ aūt diaphanū ſm vocabuli expōnē. q̄ſi trāſparēs; iō large oē illud diaphanū appellat̃ vltra q̄ð ſi ponat̃ aliq̄ð viſibile nō ipedietur ex p̄te ipſi⁹ q̄n viſibile vltra ip̄m poſſit videri. ⁋ Ex q̊ ꝯñr poni poſſet alia diffō diaphani.ſ. diaphanū ē corp⁹ ſm p̄tes ei⁹ itriſecas luis p ſe receptiuū: vltra q̄ð viſibile poſitū ab eo nō penit⁹ ipediet̃ ad cāndā viſionēꝫ.tal' autē diaphanitas nō ieſt corpi diaphano ꝑꝑ ei⁹ raritatē vt multi putāt:q̄r aq̄ aut criſtallus dēſior ē valde q̄ꝫ ſit lana aut ſpōgia:⁊ tñ aq̄ eſt diaphana ⁊ p̄dicta cor^a nō: ſꝫ illa paſſio ꝯuenit corpib⁹ diaphāis p q̊ddā aliud p̄n$^{m}$ cōicatū corpi celeſti aeri aq̄ ⁊ alijs corpib⁹ diaphanis. vt viſuꝫ ē de mēte pħi i expōne littere. ⁋ z^a deſcriptio.de mēte pħi z°.h⁹ ca°.de viſu.lumē eſt act⁹ diaphani ſꝫ ꝙ ē actu diaphanū. ⁊ dr̃ ſm ꝙ ē actu diaphanū.q̄r aer ⁊ cetera diaphana duꝫ carēt luie nō ſūt actu diaphana:ſꝫ po^a tm̄: vt i expōne littere tactū fuit.tūc.n.p ip̄a nō pōt fieri trāſparētia alicui⁹ colorati:ſꝫ cū actu illuminat̃ diaphanū ab aliq̊ luioſo pt aliq̄ð viſibile p ip̄m trāſparēter videri ex q̄b⁹ colligi pōt cōpletior luis diffō.ſ. lumē eſt forma ſpūalis corpis diaphani ſm ꝙ ē actu diaphanū a corpe luioſo in diaphano ꝓducta ⁊ a corpore luioſo depēdens i eſſe ⁊ ꝯſeruari:q̄re oēs iſte p̄ticule ponant̃ ſatis pꝫ cōſiderāti. ⁋ 3^a dſcriptio ſit i^a.color eſt extremitas ꝑſpicui i corpe teriato. colligit̃ hec diffō a pħo in de ſenſu ⁊ ſenſato: q̄ vt puto ſic itelligi dꝫ:color ē illud q̄ð p̄mo viſui appet imediate cōiūctū extremitati corporis ꝑſpicui.i.diaphani. ſubiue tñ ex̄ñs in corpore teriato. ⁋ Alr̃ tñ pōt deſcribi ſic. color ē q̄litas z^a p actionē q̄litatū cſ̄tariū ⁊ ꝑmixtionē lucidi cū opaco in mixto ꝓducta p ſe ꝓductiua ꝓprie ſpēi i viſuꝫ per mediuꝫ diaphanū. ⁋ Ultima deſcriptio. v̓tus viſiua ē v̓tus exteri⁹ app̄heñſiua coloris ſiue colorati p ſpēs ab codeꝫ colorato ꝓductas mediū radioſuꝫ ſꝫ iceſſū directū i humore criſtallio receptas cui⁹ organa ſūt nerui obtici.⁊ ꝑs añrior cerebri. In hac deſcriptiōe tangit̃ p̊ dr̃ia iter viſū ⁊ ſenſus iteriores:⁊ ꝯueniētia inter ipſuꝫ ⁊ ſenſus alios exteriores:cū dicit̃ exteri⁹ app̄hēſiua.tangit̃ z° obm ⁊ eius opatio ad quā nāliter a tota ſpē ordinat̃ : cū dicit̃ coloris ſiue colorati.p oba eni ⁊ opatiōes maxime a nobis ſūt cognoſcibiles potentie ſenſitiue:vt p̄us declaratū fuit.tangit̃ aūt inſtr̄ꝫ diſpoſitiue ꝯcurrēs:cū dr̃ p ſpēs ab eodē colorato ꝓductas:cui⁹ ꝓductiōis ſpēꝝ triplex pōt aſſignari cauſa neceſſitatl ad hoc vt viſio cauſaret̃.p̊ q̄dē ex nā ipſius coloris:qui nō eſt q̄litatl eiuſdē ſpēi p ſe ꝓductiuus.vt igit̃ ipſius cognitio in viſuꝫ ꝓduci poſſet neceſſe fuit ip̄m eſſe ꝓp̄e ſil'itudinis ꝓductiuū. ⁋ Scða cā eſt:q̄r ⁊ ſi poſſet color colorē ſibi ſil'eꝫ ꝓducere:⁊ ip̄m ꝓduxiſſet in oculuꝫ:vnus color realis in oculū ꝓduct⁹ ipediuiſſet coloris ꝯrij ꝓductionē:vt albedo ꝓducta ipediuiſſet nigredinis ꝓductionē.⁊ p ꝯñs viſus nō potuiſſet ſil' app̄hēdere ꝯrios colores.req̄rit̃ igit̃ colorē eſſe ꝓp̄e ſil'itudinis in oculo ꝓductiuū:vt ſimul diſticti ⁊ ꝯrij colores ꝑciperent̃. ⁋ 3^a cauſa.cuilibet ſenſui cōis:q̄r illud mediāte quo diſpoſitiē dꝫ viſio ꝓduci recipit̃ in v̓tute viſiua ſubiue.in eodē eniꝫ recipi dꝫ inſtr̄m diſpoſitiue ꝯcurrēs ad viſionē in quo recipit̃ opatio viſiua:ſed ipſa in viſu recipit̃ ſubiue: vt oēs ꝯcedūt.igit̃ ⁊c̃. ⁋ Ex quo ꝯñter oportuit tale inſtr̄ꝫ nō eē q̄litatē realē:ſꝫ magis ſpūalē.q̄litas eni realis: vt albedo caliditas aut dulcedo nō potuiſſet recipi i ſubto:ita ſpūaliſicut in potētia ſenſitiua.iō ⁊c̃.dr̃ aūt p mediū radioſuꝫ .i.actualr̃ illumiatū: vt oſtendat̃ extriſece q̄d p ſe req̄rit̃ ad cauſandā viſionē. ⁋ De neceſſitate v̓o hui⁹ medij triplex pōt cā aſſignari. ⁋ Pria q̄dē cuilibet ſenſui cōis.cū eni magn⁹ ſit trāſit⁹ de q̄litate reali ad ſpūalē q̄ ſubiue recipit̃ in v̓tute ſenſitiua:ſicut cū ab albedie ꝓducit̃ ei⁹ ſil'itudo in v̓tutē viſiuā:neceſſe fuit vt daret̃ mediū in q̄ p̄us a colore ſpēs ꝓduceret̃:⁊ ab illo medio oculū : ⁊ ꝯñter in v̓tutē viſiuā.pꝫ ꝯña.cū nā nō patiat̃ ſaltū de extrēo multuꝫ diſtāte ad extremū multū diſtās ſine medio. ⁋ z^a cā ꝓpria viſui:q̄r color nō eſt motiuus viſus niſi rōne lucis: ex cuius ꝑmixtione cū opaco p actionē q̄litatū p̄marū ꝓductus fuit.q̄re nō poſſet p ſe ꝓducere ſpēs in mediū cuꝫ habeat forte admixtionē cū opaco:niſi mediū eēt actuatuꝫ lumie ab aliquo corpe lumioſo.ideo ſi viſibile ſuper oculū poneret̃ videri nō poſſet:tuꝫ q̄r viſibile ipediret receptionē luminis in p̄te oculi exteriori que eſt mediuꝫ ꝓ viſiōe cauſanda req̄ſitū.tuꝫ:q̄r oculus tanq̄ꝫ mixtū ⁊ coloratū nō eſt ita trāſparēs ſicut mediū diaphanū:vt aer vl' aqua:⁊ p ꝯñs nō ſufficiēter lumis receptiuū. ⁋ 3^a eſt cauſa eideꝫ viſui ꝓp̄a.ſpēs eni coloris magis ſunt ſpūales q̄ꝫ ſpēs alioꝝ ſenſibiliū:vt cōiter eſt ꝯceſſuꝫ : ſicͤ ēt viſus eſt ſpūalior q̄ꝫ alij ſenſus:⁊ p ꝯñs: lꝫ quedā alia ſēſibilia poſita ſup mediū intrinſecū ſentiri poſſint. vt caliditas ignis imediata carni ſentiri poſſit ſenſu tact⁹:⁊ ſapor vini imediatus carni lingue p guſtū ſentiri poſſit : tñ viſibile poſituꝫ imediate ſup oculū q̄ð eſt mediū intriſecū ſenſus viſus:nō pōt ſentiri:q̄r vt puto color ſup oculū poſit⁹ nō pōt ita ſpūaleꝫ ſpēm ꝓducere in aliq̄ð corpus mixtū aliqualiter opacū ⁊ notabilis dēſitatis q̄le eſt oculus reſpectu aeris aut aque.iō ⁊c̃. ⁋ Quidā tñ affirmāt vapores in oculo videri poſſe ſm q̄ſdaꝫ partes oculi:q̄ð ſi ita eſt iſta cauſa nō erit vl'r vera:⁊ p mediū radioſuꝫ nō ſolū itelligim⁹ extrinſecū ſed ēt intrinſecū. ⁋ Cū aūt dr̃ ſm inceſſum directū tangit̃ modus actiōis coloris in viſuꝫ.color eni dū ꝓducit ſpēꝫ ſenſibilē i oculū ipſas ꝓducit p lineas rectas in formā piramidis:cui⁹ conus eſt in oculo baſis : aut res viſa:vt declarāt ꝑſpectiui. ⁋ Cauſa v̓o huius directi iceſſus ſpecierū a corpe colorato ad ſenſuꝫ viſus eſt: q̄r lumē ſiue lux rōne cui⁹ color eſt p ſe viſibilis nāliter a tota ſpē multiplicat̃ p iceſſuꝫ directū:⁊ p ꝯñs color aliq̄lr̃ retinēs lucis nām eſt ſuarū ſpērū p iceſſuꝫ directū multiplicatiuus. Ex q̄b⁹ ſequit̃ p hāc p̄ticulā ſenſuꝫ viſus ab alijs ſenſibus differre.ſenſibilia eni alijs ſenſibus corr̄ndētia nō neceſſario multiplicāt ſpēs ſuas p iceſſuꝫ directū:ſicut ſonus interdū eius ſpēs tortuoſe ⁊ valde difformiter multiplicabit.ab eis etiā differt p illā p̄ticulā. app̄hēſiua coloris ſiue colorati.p ꝓpria eni oba differūt abiuicē potētie ſenſitiue:vt ſupius dictū fuit. ⁋ Itē.p iſtā particulā per mediū radioſuꝫ.i.illumiatū.ad ſenſationē eni in quolibꝫ alio ſenſu exteriori cauſandā nō req̄rit̃ mediū illuminari.p̄t.n.p mediū tenebroſū ſon⁹ audiri:odor odorari:ſapor guſtari:⁊ q̄litas tāgibil' p tactū ſētiri : vt ſatl expien^a nōt. Cū āt dr̃ i hūore criſtallīo receptas.tāgit̃ ſubꝫ v̓tutl viſiue in q̄ icohatiue ſꝫ aliq̊s viſio cāt̃. Eſt āt hūor criſtallin⁹ q̄dā ꝑs oculi i cētro ei⁹ ex̄ñs q̄ſi q̄dā hūor clarus ⁊ trāſparens ſil'is criſtallo.in quo cōiter dicim⁹ p ſpēs coloris i eo receptas viſionē cāri.ꝯpōnē v̓o oculi ex p̄tib⁹ ei⁹ differētib⁹ ꝯpl'one fig^a ſitu ⁊ ordie ad p̄ñs nō p̄tiet d̓clarare. Dicūt.n.medici ex.7.tunicis ⁊ trib⁹ hūorib⁹ ſubalr̃ itegrari. p iſtā v̓o vltimā p̄ticulā:cui⁹ organū ⁊c̃.tangit̃ ſubꝫ v̓tutl viſiue.nā vt q̄dā dicūt v̓tus viſiua q̄ꝫtū ad ei⁹ opationē icboatiue eſt i hūore criſtallino:ꝑfectiue in añriori p̄te cerebri ⁊ i neruo obtico:tāq̄ꝫ i me° delatiuo ſpēꝝ ab humore criſtallino ad p̄tē cerebri añriorē:p neruos āt obticos itelligere debem⁹ duos neruos ab añriori p̄te cerebri ad duos oculos ꝑueniētes cruciātes ſe in q̄dā media parte ipſoꝝ ſiue adiuicē ſe ꝯtangētes: vt puto meli⁹ ħ hꝫ i anothomia videri:nec̄itas aūt cōiunctiōis hoꝝ neruoꝝ fuit vt cū ſpēs eiuſdeꝫ rei viſibil' i duob⁹ oculis ſitualr̃ diſtinctis reciperent̃:vna res nō iudicaret̃ eſſe due. p vnioneꝫ .n.illaꝝ ſpēꝝ in cōi cōcurſu neruoꝝ obticoꝝ vna res tm̄ vna ⁊ non due res eſſe iudicat̃. ⁋ Intelligo tñ illud cōe dcm̄:v̓tus ſiue opatio viſiua ichoatiue eſt i hūore criſtallino v̓itateꝫ hr̃e q̄ꝫtū ad delatōeꝫ ſpēꝝ ſicͤ p̄us tpe aut nā recipiant̃ ſpēs viſibiles i hūore criſtallino tāq̄ꝫ i p̄te ſubiua ſenſus viſus: ꝯñr i neruis obticis ⁊ in añriori p̄te cerebri tāq̄ꝫ in his ſubis in q̄b⁹ ſi ſpēs viſibil' nō reciperet̃ nō poſſet in hūore criſtallino viſio cāri: q̄ ſnia nūquid v̓a ſit diligenter ꝯſidera. ⁋ Sꝫ poſſet aliq̄s dubitare. tu deſcribis viſum p colorē:⁊ colorē p viſuꝫ:vt pꝫ in deſcriptiōib⁹ eoꝝ:ſed hoc videt̃ icōueniēs. ⁋ Iteꝫ tu deſcribis viſum p diaphanū ⁊ eꝯ.igit̃ ⁊c̃. ⁋ Ad hec duo ſimul r̄ndetur ꝙ nō icōuenit in deſcriptiōib⁹ eoꝝ q̄ nāliter ⁊ relatiue cōſiderant̃ vnū deſcribi per alteꝝ ⁊ eꝯ.non.n.ꝯſiderat̃ ħ color ſm ꝙ color abſolute:ſed ſm ꝙ eſt obm perceptibile a viſu:ita ēt viſus ꝯſiderat̃ ſm ꝙ ē coloris tanq̄ꝫ ꝓprij obi ꝑceptiu⁹:⁊ lumē nō ꝯſiderat̃ ſm ꝙ lumē abſolute: ſꝫ ſm ꝙ eſt act⁹ vel for^a ſpūalis alicui⁹ medij p q̄ð poſſit vel ſit apta viſio cāri.diaphanū v̓o nō dr̃ diaphanuꝫ actu niſi p re$^{m}$ ad lumen per q̄ð actualr̃ illuminat̃.igit̃ ⁊c̃. ⁋ Ex his oibus pꝫ mod⁹ actionis p quē color aut aliud obm viſus ꝑcipit per viſum.color.n. in demōſtrata diſtan^a ab oculo poſitus:⁊ in ſufficienti quātitate obiecti colorati exiſtens ⁊ ſufficienter itenſus ad mouendū viſum.p̄mo agit ſpēm viſibilem in diaphanū actualr̃ ⁊ ſufficiēter illuminatū p receptiōe illi⁹ ſpēi:ꝯñr p vnā ſpēm in vna p̄te medij exñteꝫ in vlteriori p̄te medij ſpēm ꝓducit quouſq; ad oculū ⁊ humorē ei⁹ criſtallinū ꝑueniat̃. ⁊ hec q̄dem actio ſpērū fit per iceſſum directum lineaꝝ viſibiliū ad oculuꝫ ꝑuenientiū ſm figurā piramidaleꝫ cui⁹ con⁹ eſt i oculo ⁊ baſis eſt obm viſibile:⁊ in hac p̄^a opatiōe ꝯcurrit color tāq̄ꝫ agens p̄ncipale:ſpēs in me°. exñs tanq̄ꝫ agens inſtr̄ale ad ꝓductōeꝫ alterius ſpēi in oculū: ſicͤ ēt caliditas eſt inſtr̄ꝫ ignis ad ꝓductioneꝫ alterius caliditatis:ſpēs vero i oculo exñs ⁊ virtute viſiua eſt preuia diſpoſitio ad viſionem



Universidad de Salamanca. BGH

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cauſandam ſicut caliditas ad productioneʒ ignis produ-
cta. igiᷓ ſpecie viſibili in oculum aīa tanꝗ agens princi-
pale mediāte viſu agēte tanꝗ inſtrō eiꝰ ſpūali ſi tenemꝰ
ſenſuʒ agētē dari: ⁊ mediāte calore nāli ⁊ ſpū viſiuo tanꝗ
inſtrō māli in viſuʒ paſſiuū ⁊ eiꝰ organū viſionē ꝓducit.
¶ Ex quo ſeqᷓ p̄mā actionē quā facit color in viſuʒ ſpēʒ
viſibilē ꝓducēdo diſpoſitiē ordīari in ſcdaʒ opationeʒ. ſ.
viſionē quā p̄ncipalr̄ aīa ꝓducit: ſicͭ opatio quā ꝓducͭ car
pētariꝰ ī lignū eſt diſpoſitiē ordīata in ꝓductionē forme
natūs. Idē dici poteſt de opatiōe cuiuſlibet ſenſus exte-
rioris. ¶ Seqᷓ 2° colorē tanꝗ agēs diſpoſitiuū tm̄: ⁊ non
p̄ncipale ꝯcurrere ad ꝓductionē viſiōis. ¶ Sʒ ad pleni-
oreʒ dictoꝝ euidētiā notādū ē ꝙ ad ſufficiēter cauſandā
viſionē in aliquē oculū ꝗꝫpluriē reqrunᷓ circūſtātie: qbꝰ
deficiētibꝰ cāe actiē vl̄ paſſiue ꝯcurrētes ad viſionē ſupiꝰ
aſſignate nō eſſent ad illā ꝓducēdā ſufficiētes. ꝑ̊ qdē req
rīᷓ certa ꝓportio itēſionis obī ad ipʒ viſuʒ: vt colligiᷓ de
mēte pħi. 2° huiꝰ. illo. c. Oʒ aūt de oī ſenſu accipe: ⁊ h̄ ap-
paret expiētia. lux. n. valde intēſa: vt lux ſolis nō pōt aſpi
ci ab oculo: ſaltē nōbili tpe: qꝛ ꝓpter nimiā itenſionē illiꝰ
lucis ꝯtingit diſproportio iter ipam ⁊ viſuʒ. ſilr̄ ꝯtingit co
lorē aliquē eſſe ita remiſſuʒ: ꝙ aut nullā ſufficit ſpēʒ ī ocu
lo ꝓducere: aut ſalteʒ ita remiſſā: ꝙ nō erit ſufficiens ad
ꝓductionē viſiōis. ¶ Et ſi arguiᷓ ꝯ. v̄tus viſiua q̄ recipit
ſpēm viſibilē eſt māe paſſiua. iter ipſaʒ igiᷓ ⁊ obm valde
itenſuʒ nō pōt aliq̄ diſproportio ꝓp eius intēſioneʒ reſul-
tare. tʒ ꝯ̄ña ſicͭ a ſilī de mā p̄ma. ꝗꝫtūcūqꝫ eni ſit agēs iten
ſuʒ nulla diſproportio ꝯtingit iter ipm ⁊ māʒ p̄mā. imo tā
meliꝰ eſt apta mā p̄ma recipe actionē agētis: cū ipm alys
paribꝰ fuerit itenſuʒ. ¶ 2° v̄tus viſiua nullā hʒ diſpōneʒ
ꝯriā lumini: qꝛ lumini nihil ꝯriaᷓ: vt cōiter ē ꝯceſſuʒ. igiᷓ
iter lumē ſiue lucē ⁊ v̄tuteʒ viſiuā nulla diſproportio eſſe
pōt. ¶ Ad p̄mū negaᷓ ꝯ̄ña. ¶ Ad ꝓbationē dr̄ ꝙ in ꝓpo
ſito nō eſt ſilitudo: cuiꝰ diuerſitatis cā eſt: qꝛ lʒ v̄tus viſi-
ua ſit paſſiua: ipſa tm̄ eſt forᵃ ſpūalis nō īdifferēter cuiuſli
bet: ſʒ determiāti ſuſceptibilis receptiua: ⁊ qꝛ eſt cognitiua
debilitabilis eſt ꝑ paſſionē ab obo receptā. ſʒ mā p̄ma eſt
ſubʒ purū ens in poᵃ indifferēter ſe hn̄s ad qdcūqꝫ ſuſce-
ptibile: ⁊ nullo mō debilitabilis ꝑ paſſionē aliquā ab agē
te receptā. iō ⁊c̄. ¶ Ad 2ᵐ ſilr̄ negāda eſt ꝯ̄ña: vt pʒ ex p̄-
dictis. ¶ Cauſa v̊o debilitatl viſus ꝑ aſpectū in lumē ſo-
lare aut aliud ſilē multiplex eſſe pōt. p̄ma qdē eſt diſpro-
portio iter lucē ⁊ viſuʒ: vt p̄us eſt dictū. 2° qꝛ lumē ſolis ī-
tenſuʒ agēs in oculū ⁊ in eius ptes tam actiōe reflexa ꝗꝫ
actiōe directa ipſuʒ vehemēter calefacit. humores: ex q-
bus oculus ꝯponiᷓ: ⁊ ſpūs viſiuos ſubtiliat: ⁊ calefaciēdo
reſoluit ſubtile remanēte groſſo: ita vt oculi ꝯplexio red-
daᷓ iſufficiēs ad cauſandā viſioneʒ. ¶ Et addunt aliqui
ꝙ lumē de nā ſua ē ſubtiliatiuū ⁊ reſolutiuū: ꝗꝫuis de nā
ſua nullū gradū ꝓduceret caliditatis: iō ex forti luiē ſolis
ꝗꝫuis nō calefaciēte adhuc ꝯtigeret ſpūs ⁊ humores ocu-
li ſubtiliari: ⁊ ꝯ̄ñr reſolui. 3° qꝛ ſpūs viſiuus q eſt de nā lu-
cis vt cōiter dr̄ ꝑ impſſionē lumis factā in oculo trahiᷓ a
cētro ad circūferentiā ⁊ ꝑ eiꝰ diſpſionē ad ptes circūferē
tiales: ⁊ ꝯ̄ñr ipſiꝰ reſolutioneʒ ẜʒ aliq̄s eiꝰ ptes reddiᷓ in-
ſufficiēs ad cauſandā viſionē: ⁊ hoc eſt qd qdā itelligunt:
dicentes lumen diuaricare viſuʒ. ¶ Ex qbꝰ pʒ ꝑ̊ ſolō ad
cōe ꝓblema. ſ. q̄re ꝯtingit hoīeʒ diu aſpiciētē in lucē for-
teʒ ſicut in lucē ſolis aut in aliqd metallū accenſuʒ: ⁊ val-
de ignitū fieri cecū: aut lōgo tpe ipotenteʒ ad videnduʒ.
¶ Lux eni ſiue lucidū agēs in viſuʒ ꝑ eius lumen diſper
git ſpūs viſiuos a centro oculi in quo p̄ncipalr̄ cauſaᷓ vi-
ſio: ⁊ eoſdeʒ ſpūs reſoluit: ⁊ eo faciliꝰ ꝗꝫto magis ſpūs viſi
uus trahiᷓ ad oculi extremitatē. ¶ Iteʒ. forte lumē vſqꝫ
ad cētrū oculi ꝑueniēs ꝑ caliditateʒ ab eo ꝓductā: ⁊ ꝑ diſ-
perſioneʒ ſpūs viſiui in humore iterius exn̄te eſt eiuſdeʒ
humoris diſſolutiuū. ¶ Pʒ 2° q̄re ꝯtingit hoīem in ſole
aſpicientē lacrimari. Lumē eni attrahēs ſpūm viſiuuʒ a
centro ad circūferentiā: ⁊ partes centrales oculi calefaci
ens ab eiſdē humiditates diſſoluit: quas debilitata oculi
ꝯplexio ꝑ forteʒ luceʒ nō pōt retinere qn ad oculū deſce-
dāt: ⁊ ſic ꝯtingit hoīem lacrimari. ¶ Et ſi q̄riᷓ q̄re nō ita
ꝯtingit hoīem lacrimari: ipſo diu aſpiciēte in ignē valde
luciduʒ: ſicut in carbones ignitos aut aliqd ſilē. ¶ Ad h̄
pōt duplex aſſignari cā. ꝑ̊: qꝛ lumē ab igne ꝓductū nō eſt
ita ſpūuʒ diſpſiuuʒ: ſicut lumen a ſole ꝓductū ꝑ directū
inceſſuʒ ſuoꝝ radioꝝ: ⁊ ꝑ ꝯ̄ñs ꝯplō oculi reddiᷓ ipotētior
ad repm̄edū deſcēſuʒ hūiditatis lacrimalis ꝑ aſpectū in
ſolē ꝗꝫ ī ignē valde lucidū. 2° qꝛ ignis eſt magis calefacti-
uus ꝗꝫ lumis ꝓductiuus: ⁊ ē ꝑ ſe exiccatiuꝰ: ⁊ ꝑ ꝯ̄ñs ſi hu-
miditateʒ aliquā lacrimalē diſſoluit ipſaʒ exiccat. lumio
ſum aūt eſt magis luminis productiuū ꝗꝫ calefactiuuʒ: ⁊
cuʒ hoc nō eſt niſi per accn̄s exiccatiuū. igiᷓ ⁊c̄. ¶ Ex q-
bus ſeqᷓ ꝙ ſicut lumen eſt nālr̄ ſpūs viſiui diſgregatiuū
ita quāto aliqs color magis de luce aut lumie pticipat tā-
to potentior eſt ſpūs diſgregare: ⁊ ꝑ ꝯ̄ñs fortis albedo q̄-
lis in niue apparet eſt fortiter viſus diſgregatiua. ¶ Ex
quibus per oppoſitum patet iſtud quod quidam dicunt
duas eſſe cās viſus ꝯgregatiuas: q̄rū vna ē nigredo ſpūs
viſiuos in cētro oculi coadunās: altera ē friditas hūoris
in oculo exn̄tis ipediens ne a calefaciēdo facile diſſolua-
tur. ¶ Patet vlteriꝰ q̄re nā ꝓduxit oculos ī cōcauitate
recluſos: vt. ſ. fieret iteriꝰ coadunatio ſpūuʒ viſiuorum ⁊
ipſoꝝ fortificatio: vt ēt ſpēs viſibilium magis vnite itra
ſubaʒ oculi penetrarent ⁊ ne fieret ſpēꝝ viſibiliū ꝯfuſio.
ſi nāqꝫ oculus fuiſſet extra ꝯcauitateʒ ꝓductꝰ vndiqꝫ ni-
mis radys viſibiliū exponereᷓ ⁊ diuertereᷓ ⁊ ſpēs viſibi
liuʒ nō ſic vnite penetrarēt ſicͭ ꝓ debita viſiōe opʒ. ¶ 2ᵃ
circūſtātia p̄ncipal' eſt ꝙ viſibile ſit ī debito ſitu ẜʒ queʒ
poſſint ſpēs viſibiles ad oculū ꝑuenire. poſito. n. aliq̄ viſi
bili poſt humeros ſortis nō ꝯtigeret ipm a ſor. videri niſi
forte actiōe reflexa ſicͭ a ſpeculo fieri ꝯtigit: ⁊ hꝰ cā eſt: qꝛ
lucidū aut colorātū actiōe p̄uia non ꝓducit ſpēs ſuas niſi
ẜm iceſſuʒ directuʒ: ⁊ ꝑ ꝯ̄ñs lʒ ſpēs aliq̄s ꝓduceret an̄ fa-
ciem ſor. nō tn̄ pn̄t ad oculos eiꝰ ꝑuenire p̄ma actiōe dire
cta. ſpēs. n. q̄ ad oculos eſſent apte directe ꝑuenire ipediū
tur a ptibꝰ ſor. opacis ne ad ipſos ꝑueniant. h̄ aūt in alys
ſenſibilibꝰ exterioribꝰ nō ꝯtigit. pn̄t. n. ſua ſenſibilia ſpēs
ſuas actiōe reflexa ⁊ tortuoſa agere: ⁊ iō bn̄ ꝯtingit ſonuʒ
poſt humeros cātū audiri: ſilr̄ ſi cauſeᷓ ſurſū aut deorſū:
aut ẜm dextrū aut ẜm ſiniſtrū. idē ēt de odore ꝯtingit vt
expiētia notat. Oportet igiᷓ ad h̄ vt viſibile videri poſſit
viſiōe directa ipm eē ſituatū itra ſperaʒ paſſitatis oculi a
ſpēbꝰ viſibilibꝰ: ⁊ voco ſperā paſſibilitatis oē ſpaciū ante
oculū exn̄s vltra rectā lineā ꝓtractā ab vno angulo fora
mis vuee per qd itrat ſpēs viſibilis ad aliū angulum: q̄ li-
nea ex vtraqꝫ pte ꝓtrahaᷓ in īfinitū: variaᷓ aūt hec ſpera
ẜm variū oculi ſitū. moto. n. oculo nūc ad iſtā driaʒ poſi-
tionis nūc ad illā alia ſibi ⁊ aᵃ corrn̄det ſpera paſſibilitatl
a ſpēbꝰ viſibilibꝰ. cā v̊o q̄re oʒ viſibile eē itra talē ſperam
ſituatū eſt qꝛ alr̄ ſpēs viſibiles ẜm inceſſuʒ directū ꝓdu-
cte nō reciperenᷓ itra foramē oculi itra qd ipſas recipi oʒ
ad cādā viſionē: ⁊ hoc ſi viſibile ẜʒ ſe totū ponereᷓ citra
p̄dictā lineā. ſ. v̄ſus ptē oculi poſteriorē. ¶ Tale āt ſpaᵐ
appellatuʒ eſt ſpera paſſibilitatis oculi ab obo viſibili: qꝛ
ſupra lineam prius dictam deſcribi pōt ſemicirculus vl-
tra ipſuʒ oculum ꝗꝫtumcūqꝫ magnus in quo ſi ponaᷓ vi-
ſibile non impediᷓ ex parte ſitus qn viſibile poſſit in ocu
lum ſpecies eius ꝓducere: licet forte ex parte diſtātie cō
tingat ipſum impediri. ¶ Tertia circūſtantia eſt ꝓpor-
tionata diſtantia viſibilis ab oculo: contingit eniʒ per ita
modicā diſtātiam viſibile ab oculo diſtrahere. cōtigit ēt
ī a remotū eē: vt nō poſſit videri vt expiētia notat. cā v̊o
p̄mi duplex eē pōt. ꝑ̊: qꝛ viſibile valde modicū diſtans ab
oculo ipedit ſui opacitate mediū ſufficiēter illuiari ꝓ re-
ceptiōe ſpēꝝ. 2° qꝛ tale ē ꝓductiuū ſpēꝝ viſibiliū ſub tam
magno angulo ꝙ ſui magnitudīe nō pōt ad humoreʒ cri-
ſtallinū ꝑ foramē oculi ꝑuenire: ita vt ſaltē nō poſſit totū
obʒ videri. 2ᵐ v̊o duplici ex cā ꝯtigere pōt ſiue ex vtraqꝫ
ſil' ꝑ̊: qꝛ cū oē agēs ceteris pibꝰ velociꝰ agat in pteʒ ꝓpin-
quā ꝗꝫ in remotā: ⁊ ad aliquē certū pūctū diſtātie nō pōt
eiꝰ actio ꝑuenire: ꝯtigit vt color aut colorātū nullā poſſit
ſpēʒ viſibilē ꝑ datā diſtantiā vſqꝫ ad oculū multiplicare:
aut ita remiſſaʒ cauſabit: ꝗꝫuis ſub angulo ſufficiētis ꝗꝫti-
tatis ꝙ merito ſue remiſſiōis nō erit ſufficiēs: vt ꝑ ipaʒ vi
ſio ꝓducaᷓ. 2° qꝛ viſibile ꝑ datā diſtātiā eſt ꝓductiuū ſpe
cierū viſibiliū in oculo ſub ita modico angulo ꝙ merito
puitatl anguli nō eēnt ſufficiēs diſpō ad viſionē cauſādā:
ꝗꝫuis eedē ſpēs in oculo ꝓducte de ſe eēnt ſufficiētis intē
ſionis ad hoc vt poſſet viſio ꝓduci. pōt ēt vtraqꝫ cā ſil' ꝑ ſe
ꝯcurrere: vt ē ꝑ ſe manifeſtū. ¶ 4ᵃ v̊o circūſtātia eſt de-
bita ⁊ ſufficiēs ꝗꝫtitas obi viſibilis. pōt eni eē ita puū obʒ
ꝙ ꝗꝫtūcūqꝫ ponaᷓ ī debita diſtātia ab oculo: ⁊ ꝗꝫtūcunqꝫ
ſit intēſuʒ: tn̄ nō pōt angulū ſpērū viſibiliū in humore cri
ſtallino cāre: vt ꝑ ipm poſſit viſio ꝓduci. ¶ 5ᵃ circūſtātia
eſt debita ⁊ ꝓportionata medy diſpō: ꝑ qd ſpēs viſibiles
debēt multiplicari. poſſet. n. eē mediū ita remiſſe illumi-
natū ꝙ obm viſibile ꝑ ipm ꝯphēdi nō poterit: vt expienᵃ
docet. pōt ēt ita intēſe illuiari ꝙ eiꝰ lumē itēſuʒ multa vi
ſibilia viſui occultabit ſicut lumē ſolis obfuſcat lumē cā-
dele. reqriᷓ igiᷓ mediū eē ꝓportionate illuiatū: ⁊ cū hoc
nō eē tā dēſuʒ ꝑ ſe vl̄ ꝑ admixtionē alioꝝ corpoꝝ: vt per
ipm ipediaᷓ trāſitꝰ ſpēꝝ. reqriᷓ ēt in eodē medio nō iter-
poni obſtaculū qd ſit ꝓductiōis ſpēꝝ vſqꝫ ad oculū ipedi
tiuū. ¶ 6ᵃ v̊o circūſtantia eſt debita ꝯplō ⁊ diſpō oculi ⁊
partiū aīalis ad viſionē cādā ꝑ ſe ꝯcurrētiū: debita etiā
⁊ ꝓportionata ꝗꝫtitas ſpūuʒ viſiuoꝝ. de qbꝰ oībꝰ in lib. d̊
parte aī. liū eſt ingrēdū. Ex cuiꝰ circūſtātie defectu ꝯtin-
git hoīeʒ ſeneſcētes: aut ẜʒ totū aut ẜʒ ptē ipfici ẜʒ viſuʒ.
deficit eni in ipſo ſufficiēs ꝗꝫtitas ſpūuʒ viſiuoꝝ ex ꝓceſ-
ſu ēt erat no oculus eiꝰ terreſtrificaᷓ: ita vt eiꝰ ꝯplō red-
daᷓ iſufficiēs ꝓ viſiōe ꝓducēda. ¶ Silr̄ defectu eiuſdē
circūſtātie ꝯtingit merito alicuius egritudinis in qua-
cunqꝫ etate aliqueʒ imperfici ẜm viſum.

**Quantuʒ ad ſecūduʒ** articulū cōis modus rn̄dendi ponit
aliq̄s diſtictiōes: ⁊ ꝯ̄ñter ꝯ̊nes. ¶ P̄ria diſtinctio. iſte ter
minꝰ color duplr̄ accipiᷓ. ꝑ̊ ꝓprie ꝓ q̄litate 2ᵃ ꝓducta ex
actiōe q̄litatū p̄marū: ⁊ ꝯ̄ñter ex mixtiōe lucidi cū opaco.
2° v̊o accipiᷓ ꝓ q̄libet actu diaphani ſiue terminati ſiue
nō terminati ẜʒ ꝙ eſt actu diaphanū: ⁊ h̄ mō iſte terminꝰ
color ē cōis ad colorē ſtricte ſūptū: ⁊ ad lucē ⁊ lumē. de ta
li colore loquiᷓ p. ī de ſenſu ⁊ ſenſato. d. ꝙ oīa corpora co-
lore pticipāt. ¶ 2ᵃ diſtictio. aliqd eſſe p̄mū obʒ viſus du-
pliciter pōt itelligi. ſ. p̄mitate cōitatis ⁊ p̄mitate p̄ncipali-
tatis. iſtud dr̄ p̄mū obʒ p̄mitate cōitatis qd eſt ꝑ ſe viſibi-
le ⁊ eēntialr̄ p̄dicaᷓ de oībꝰ q̄ ꝑ ſe cog̊ſcunᷓ a viſiōe. dici-
tur aūt p̄mū p̄mitate p̄ncipalitatis qd iter oīa que a viſu
ꝑcipiunᷓ ē maioris nobilitatis ſiue ꝑfectiōis. ¶ Ex his ī-
ferunᷓ ꝯ̊nes: q̄rū p̄ma ē iſta. color ſtricte ſūptus nō ē obm
p̄mū viſus p̄mitate cōitatis neqꝫ p̄ncipalitatl. ꝯ̊ pʒ. color
eni ſtricte ſūptꝰ nō ꝑ ſe p̄dicaᷓ de luīe: aut luce q̄ ꝑ ſe ꝑci-
piunᷓ ꝑ viſuʒ: ⁊ lux eſt forma nobilior colore ſtricte ſūpto
igiᷓ ⁊c̄. ¶ 2ᵃ ꝯ̊. color 2° ſūptus eſt p̄mū obm viſus p̄mita
te cōitatis. ꝓbaᷓ: qꝛ color large ſūptꝰ ē cōis ad colorē ſtri-
cte ſūptū ⁊ lumē ⁊ lucē. hec aūt oīa ſunt que ꝑ ſe cog̊ſcun-
tur a viſu. igiᷓ ⁊c̄. ¶ 3ᵃ ꝯ̊. lux eſt p̄mū obm viſus p̄mitate
p̄ncipalitatis. pʒ. cū iter oīa ꝑceptibilia ꝑ viſuʒ lux ſit ma-
ioris cōitatis ⁊ ꝑfectiōis. lux. n. ſolis eſt ꝑ ſe actiue cōcur-
rēs ad gn̄ationē hoꝝ iferioꝝ: vt cōiter ē ꝯceſſuʒ. ideo ⁊c̄.
¶ Cōtra hūc modū rn̄dēdi arguiᷓ ſic. q̄libet vna paſſio
dʒ hr̄e ſubʒ vnū cui p̄ ꝯpetat: ⁊ oībꝰ alys rōne illiꝰ: ſʒ eē vi
ſibile ē paſſio vna. igiᷓ ſubʒ eiꝰ p̄mū dʒ eē vnū. cuiꝰ tn̄ op-
poſitū ſeqᷓ ex p̄dictis. color. n. large ſūptꝰ nō vr̄ aliqd vni
uocū ad colorē q ē q̄litas 2ᵃ: ⁊ ad lumē ⁊ lucē. q tn̄ ē ſubm
p̄mū huiꝰ paſſiōis: vt vr̄ velle iſte modus rn̄dēdi. ¶ Itē
aliq̄ ſūt ꝑ ſe viſibilia de qbus tn̄ nō p̄dicaᷓ color large ſū-
ptus. igiᷓ 2ᵃ ꝯ̊ nō videᷓ v̄a: aſſūptū patuit ex 3° argumēto
p̄ncipali ⁊ ꝯfirmatiōibꝰ eius. ¶ P̄. vr̄ ꝙ nō abſolute dōʒ
erat lucē eē p̄mū obʒ viſus p̄mitate p̄ncipalitatis. cū eniʒ
iter luces aliq̄ ſit ꝑfectior: vt lux ſolis. ⁊ aliq̄ ipfectior: vt
